PHILOSOPHES MÉDIÉVAUX

TOME XVII

JACQUELINE HAMESSE
Première Assistante à l'Université de Louvain

# LES AUCTORITATES ARISTOTELIS

## UN FLORILÈGE MÉDIÉVAL
## ÉTUDE HISTORIQUE ET ÉDITION CRITIQUE

*Ouvrage publié avec le concours*
*de la Fondation Universitaire de Belgique*

COLLEGIUM EDITORUM OPERUM S. THOMAE AQ.

LOUVAIN
PUBLICATIONS UNIVERSITAIRES
Muntstraat, 10

PARIS VIe
BÉATRICE-NAUWELAERTS
4, Rue de Fleurus

1974

## PRINCIPES D'ÉDITION

1. Nous avons adopté l'orthographe moderne. Il nous a été impossible de maintenir les graphies médiévales parce qu'il n'existe aucune constance à l'intérieur d'un même incunable. Les imprimeurs emploient indifféremment les graphies classiques et médiévales. Nous avons également corrigé ou complété la ponctuation des incunables.

2. Nous avons imprimé les titres en caractères gras; les notes de l'auteur du florilège qui ne constituent pas des citations figurent en italique.

3. Le texte est accompagné d'un apparat critique et de deux séries de notes. L'apparat critique donne la liste des variantes, la première série de notes contient l'identification des citations, la seconde permet au lecteur de retrouver le texte d'Aristote lorsque la citation est corrumpue.

4. Nous avons ajouté au début de chaque citation un chiffre entre parenthèses. (La concordance renvoie à ces numéros et permet une consultation plus aisée de l'édition).

5. La distinction des citations pourrait être différente d'après le texte original d'Aristote. Nous avons cependant respecté la distinction faite dans les incunables.

6. Dans les titres courants, un numéro d'ordre figure entre parenthèses à côté de l'œuvre citée. Ce numéro permet le renvoi aux œuvres dans les volumes de concordance et d'index.

*Sigles du manuscrit*
*et des incunables utilisés pour l'édition*

| | |
|---|---|
| Gent (manuscrit) | L |
| Paris, 1487 | X |
| Paris, 1488 | P |
| Paris, 1489 | W |
| Charleville | f |
| Philadelphia | E |
| Köln | D |

# AUCTORITATES ARISTOTELIS, SENECAE, BOETHII, PLATONIS, APPULEII AFRICANI, PORPHYRII ET GILBERTI PORRETANI

**Incipit Prologus compendii auctoritatum Philosophi et quorundam aliorum pro usu introductionis thematum ipsorum praedicatorum ad populum simul ac in artibus studere volentium.**

Cum enim aristotelicae tam ad populum praedicanti quam in artibus studenti non modicum sententiae fulgentioris cognitionis cujuslibet scientiae praebeant robur atque fulcimen, ideo in praesentiarum pro magistralibus brevibusque sermonum introductionibus ad populum ac earundem sermonum suis certis in locis membrisque ornatioribus relucentiis ejusdem Aristotelis in via naturali. Fatur ut Commentator super primo libro Physicorum : « Luminis mundi cujus ortus primum carpsit hujus vitae auras anno quintodecimo Menonis, qui et Artaxerxes decimi regis Persarum, in Stragunia, civitate Traciae, quae est pars Macedoniae. Fuit autem filius Nicomati medici et Festiae, quae et ab Aesculapio descenderunt. Florens Athenis annis trecentis et circa octoginta ante Christi nativitatem, tempore Alexandri magni, decimi macedonii regis ».

Fiunt autem thematum in sermone intentum introductiones modis sequentibus et pluribus aliis, principio per magistralem sententiam : Verbi gratia sit thema illud Lucae XI : « Beati qui audiunt verbum Dei et cetera ». Introduc sic : « Dicit Aristoteles primo De animalibus :

1-3 Auctoritates ... Porretani] Compendium auctoritatum Philosophi et quorundam aliorum (scilicet Aristotelis, Senecae, Boethii, Platonis, Appuleii, Empedoclis, Porphyrii et Gilberti). Parisiis, Pigouchet, 1491 E; *om.* L. *Sequitur* : « Registrum denotans auctoritates librorum Aristotelis et quorundam philosophorum in quolibet folio contentas » *quod in editione nostra om.* 4 Incipit] Prologus. Incipit E 7-12 *Haec sententia verbo caret et incompleta videtur* 7 Cum] Um D 8 sententiae] sine LP 9 praesentiarum] praesentia cum L 11 earundem] eorundem W ornatioribus] ornationibus L 12 ut] et LP Commentator] Commentutor W 14 quintodecimo] quindecimo W 15 Stragunia] *sic in cod.* 16 Nichomati] Inchomati W; Nichometi D; Nicomachi L 16 et] est LPfD; *om.* X

---

13-19 Averroes, *In Phys.*, prologue, f. 4 H-I.
22 Lc., XI, 28

Omne animal habens aures habet eas mobiles praeter homines, et hoc ratione nobilis complexionis ». Nam ut dicitur ibidem : « Sicut aurum excellit omne metallum, sic homo omne animal, cum sit homo animal rationale, mortale, disciplinae susceptibile, mansuetum natura ». Igitur cum talis sit, jugiter verba salutis intendae attendat Domino dicente, Matthaei XIII, Lucae VIII et Apocalypsis II et III : « Qui habet aures audiendi, audiat ». In quibus verbis praetenditur virtus sensibilis sive sensualis audiendi, quae et in animalibus, intellectualis et affectualis, quae tantum in hominibus. Psalmus XLIIII : « Audi filia ... » Ecce primum « et vide », considera secundum « et inclina aurem tuam », perpende tertium. Et Augustinus, XII libro Confessionum : « Locutus es, Domine, voce forti ad aurem meam ». Qui igitur negligenter audit verbum Dei, tantum peccat ac si Christi corpus acceptum expueret in terram. I, q. 1 : « Interrogo vos fratres ». Et est textus Augustin<i> quem tamen caute lege : « Hujus etiam aures crescent in aures asininas, id est in aeternam confusionem ». Ut narrat Ovidius, libro VIII Metamorphoseos (a « meta », id est trans, et « morphosis », id est mutatio) : « De Mida, negligente auscultatore symphoniae, inter Phoebum, id est solem, et Pan, id est deum rusticorum ». Dictum est igitur : « Beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud ». Item sit thema : « Non veni vocare justos sed peccatores », Matthaei IX, Lucae V. Introduc sic : « Dicit Augustinus super Ioannem : Magis est justificare impium quam caelum creare, subjungit causam. Caelum et terra transibunt. Electorum autem spiritualis justificatio permanebit ».

26 homo[2]] *om.* W  28 jugiter] jugitur WX  29 et] *om.* L  31 sive] sicut LD  32 quae] qui LWED  38 Augustin<i>] Augustinus *cod.*

---

24-25 Arist., *Hist. animalium,* All, 492 a 22-23.
25-27 *Locus non inventus.*
29-30 Mt., XIII, 9.
Lc., VIII, 8.
Apoc., II, 7, 11, 17, 71; III, 6, 13, 22.
32-33 Ps., XLIV, 11.
35 Augustinus, *Conf.*, XII, 11, 12.
38-39 *Locus non inventus.*
41-42 Ovidius, *Metamorph.*, XI, 161-164.
43 Lc., XI, 28.
44 Mt., IX, 13.
Lc., V, 32.
45-47 *Locus non inventus.*



Idem in libro De natura et gratia : « Non potest homo bene et ordinate vivere nisi lumine gratiae divinitus adjuvetur. Est enim gratia quasi quidam radius lucis aeternae. Quid qui perceperit, ei non resistendo illuminabitur. Qui vero eidem objicere ponit, in tenebris exterioribus permanebit. Causa autem adventus Christi in carnem fuit justificare impios, Lucae XIX : « Venit filius hominis quaerere et salvum facere quod perierat ». Et primo ad Timotheum I : « Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere ». Augustinus in libro De verbis Domini : « Tolle morbos, tolle vulnera et nulla erit causa medicinae ». Idem, XIII De trinitate : « Licet cui omnia aequaliter subjacent sanandae miseriae nostrae, alius fuerit modus possibilis, sed convenientior non fuit quam Christum incarnari ut homo et deus videri posset quem homo esset secuturus. Dicit ergo : « Non veni vocare justos, sed peccatores ». Secundo potest fieri introductio per quandam divisionem, ut, si thema fuerit de judicio, dic : « Quattuor requiruntur ad judicium Dei : primum est tuba populum convocans, secundum scriptura nefas declarans, tertium sententia condemnans, quartum minister sententiam judicis exsequens ». Tertio fieri potest a sensu contrario ipsius thematis. Item quarto syllogistice sic : « Quicumque adhaeret Deo, bonitatis ejus fontem largissime experitur. Sed corpus subditum peccatis Deo non adhaeret, cum sola caritas dividat inter filios Dei et Satanae. Igitur corpus subditum peccatis fontem bonitatis Dei non experitur ». Et sic consequenter in omni modo et figura. Multa alia hic adduci possent, de quibus ad praesens est supersedendum. Unum tamen est menti tenendum, quod introductio sermonis habet se sicut exordium sive harenga epistolaris. Ideo summopere cavendum ne sit nimis longa, ita ut impediat exsecutionem membrorum ipsius sermonis, alias esset vitiosa. Et semper debet generaliter congruere et coincidere cum

48 gratia] genera LWXPLD  49 lumine] sive L  50 Quid] quem W; quod E; quam D  perceperit] praeceperit LXPf  53 salvum] salvuum D  54 ad] *om.* D  Timotheum] Timotheo X  65 potest] *om.* L  73 harenga] origo W  sit] fit LWXP

---

48-53 Augustinus, *De natura et gratia,* XVI, 29.
53-54 Lc., XIX, 10.
54-55 Tim., I, 1, 15.
56 Augustinus, *Sermo,* CLXXV, 1.
57-60 Augustinus, *De trinitate,* XIII, X, 13.
61-62 Mt., IX, 13.
Lc., V, 32.

materia thematis, ut sua vi quasi ad modum saetae introducat materiam thematis praeintentam. Et ad hoc permaxime valent dicta Aristotelis sapientumque aliorum. Igitur et cetera.

Explicit prologus

76-77 ut sua vi ... materia thematis] *om.* L 79 Explicit] Finit WPE; *om.* X prologus] *om.* X

**Sequuntur nunc auctoritates Philosophi, id est amatoris sapientiae. Et primo primi libri Metaphysicae.**

(1) Omnes homines naturaliter scire desiderant.
(2) Sensus visus multas nobis rerum differentias demonstrat.
(3) Solum hominum genus arte et ratione vivit.
(4) Experientia facit artem; inexperientia vero casum.
(5) Actus et operationes sunt circa singularia, quia medicus non sanat hominem in communi, sed Socratem vel aliquem alium in particulari, similiter et in aliis.
(6) Experientia est cognitio singularium; ars vero universalium.
(7) Artifex est sapientior experto, architector manuali artifice.
(8) Signum scientis est posse docere.
(9) Conveniens est quemlibet artificem invenientem ultra communes sensus extolli, non solum propter aliquam intentionis utilitatem, sed tamquam sapientem et ab aliis differentem.
(10) Scientes quorum scientiae ad usum non sunt, sapientiores et honorabiliores sint illis quorum scientiae sunt ad usum.
(11) Sapientia est scientia primarum et altissimarum causarum.
(12) Sapientem oportet scire omnia in universali et scire difficillima et habere scientiam certiorem et scire reddere causas ipsorum quae

80 amatoris] amatores L 82 Omnes] Mnes WD 83 rerum] *om.* D 85 casum] casuum LWXP 96 sint] sunt LE scientiae] sunt *add.* W

(1) Arist., *Metaphys.*, A1, 980 a 21.
(2) Arist., *Metaphys.*, A1, 980 a 26-27.
(3) Arist., *Metaphys.*, A1, 980 b 27-28.
(4) Arist., *Metaphys.*, A1, 981 a 3-5.
(5) Arist., *Metaphys.*, A1, 981 a 16-20.
(6) Arist., *Metaphys.*, A1, 981 a 15-16.
(7) Arist., *Metaphys.*, A1, 981 b 30 - 982 a 1.
(8) Arist., *Metaphys.*, A1, 981 b 7.
(9) Arist., *Metaphys.*, A1, 981 b 13-17.
(10) Arist., *Metaphys.*, A1, 981 b 18-20.
(11) Arist., *Metaphys.*, A1, 981 b 27-29.
(12) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 a 8-17.
S. Thomas, *In Metaphys.*, I, lect. 2, n. 43.

86 *operationes* : le texte d'Aristote dit *αἱ γενέσεις* et les traductions latines ont toutes la même version de *generationes*.
97 On retrouve la même idée en A 2, 982 b 9.

scit et habere scientiam quae subordinet alias scientias subservientes et habere scientiam quae sui ipsius sit causa et non alterius.

(13) Sapientis non est ordinari, sed ordinare oportet, id est sapientis est regere et non regi.

(14) Hi soli docent qui causas de singulis docent.

(15) Quae maxime sunt universalia difficillima sunt ad cognoscendum hominibus, quia a sensu sunt remotissima.

(16) Finis est bonum uniuscujusque rei et universaliter est optimum in omni natura.

(17) Scientia, id est metaphysica, non est scientia practica, sed speculativa, quia propter nullum est, sed est solum propter fugam ignorantiae.

(18) Propter admirari nunc homines et primo coeperunt philosophari.

(19) Philomythes, id est fabularum auditor, aliqualiter est philosophus, quia fabula ex miris et raris constituitur.

(20) Summi sacerdotes et antiqui philosophi acquisitis vitae necessariis incoeperunt philosophari.

(21) Qui dubitat et admiratur, ignorare videtur.

(22) Homo liber dicitur qui sui ipsius et non alterius gratia est.

(23) Humana natura multipliciter est ancilla tam ex parte animae quam corporis.

3 Sapientis] Sapientes L    Oportet] *om.* E    13 et] *om. D*

---

(13) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 a 17-19.
(14) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 a 29-30.
(15) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 a 23-25.
(16) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 b 6-7.
(17) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 b 11, 19-21.
S. Thomas, *In Metaphys.*, I, lect. 1, n. 33.
(18) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 b 12-13.
(19) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 b 18-19.
(20) S. Thomas, *In Metaphys.*, I, lect. 3, n. 54.
Arist., *Metaphys.*, A1, 981 b 20-25.
(21) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 b 17-18.
(22) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 b 25-26.
(23) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 b 29-30.

---

5 *docent* : le texte d'Aristote donne le terme *λέγοντες* et toutes les traductions latines rendent ce mot par *dicunt*.

21-22 *tam ex parte animae quam corporis* : ces mots ne figurent pas dans le texte d'Aristote.



(24) Secundum Synodem : solus deus habet honorem et sapientiam, id est metaphysicam.

(25) Divinum non invidet.

(26) Multa mentiuntur poetae.

(27) Nulla scientia est nobilior et melior metaphysica, quia ipsa est maxime divina cum sit de deo, etiam quia deus maxime habet eam. Unde aliae necessariores sunt hominibus, dignior vero nulla.

(28) Deus videtur esse causa omnium et principium quoddam.

(29) Tunc unumquodque scire arbitramur, cum primam causam scire putamus, vel cum causas ejus cognoscimus.

(30) Quattuor sunt causae scilicet materialis, formalis, efficiens et finalis.

(31) In fundamento naturae, id est in materia prima, nihil est distinctum.

**Commentator.**

(32) Materia prima nullam formam habet omnino, nec universalem, nec particularem, sed recipit primo formam universalem et mediante illa, recipit omnes alias formas usque ad individuales.

(33) Item Commentator : species non est forma tantum, sed etiam quid aggregatum ex materia et forma.

(34) Item universale non habet esse, nisi secundum quod est in anima.

22 Synodem] sinodem XE; Simonidem W    26 ipsa] ipse LP    30 cum] cnm W
34 in[2]] iu P    34-35 distinctum] distinnctum X

---

(24) Arist., *Metaphys.*, A2, 982 b 30-31.
(25) Arist., *Metaphys.*, A2, 983 a 2-3.
(26) Arist., *Metaphys.*, A2, 983 a 3-4.
(27) Arist., *Metaphys.*, A2, 983 a 4-5, 9-11.
(28) Arist., *Metaphys.*, A2, 983 a 8-9.
(29) Arist., *Metaphys.*, A3, 983 a 25-26.
(30) Arist., *Metaphys.*, A3, 983 a 26-32.
S. Thomas, *In Metaphys.*, I, lect. 4, n. 70.
(31) Arist., *Metaphys.*, A8, 989 b 6-7.
Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, I, lect. 12, n. 198.
(32) Averroes, *In Metaphys.*, I, com. 17, f. 14 K.
(33) Averroes, *In Metaphys.*, I, com. 9, f. 10 D.
(34) Averroes, *In Metaphys.*, I, com. 27, f. 18 F.

---

34-35 Cette citation est extraite de la traduction arabo-latine de la *Métaphysique*.

**Sequuntur auctoritates II libri Metaphysicae Aristotelis.**

(35) Sicut se habet oculus nocticoracis ad lumen solis vel diei, sic se habet noster intellectus ad manifestissima naturae, ad deum, et ad substantias separatas, et ad naturas rerum subtilium.
(36) Non solum his dicere gratias justum est quorum opinionibus aliquis communicavit, sed etiam qui superficialiter enuntiarunt, quia hi etiam conferunt aliquid.
(37) Habitum enim nostrum praeexercitati sunt.
(38) Vocando philosophiam scientiam veritatis recte se habet.
(39) Finis scientiae speculativae veritas est, practicae vero opus.
(40) Verum nescimus sine causa.
(41) Quicquid est causa aliorum ut tale, illud est maxime tale, ut ignis qui est maxime tale ut ignis, est causa caloris aliis, ideo ipse maxime est talis. Illud quod est causa quare alia sunt vera, illud est verissimum.
(42) Unumquodque sicut se habet ad entitatem, sic se habet ad veritatem.
(43) In nullo genere causarum convenit ire in infinitum, sed semper est devenire ad aliquod quod est primum in illo genere, unde convenit devenire ad primum finem, primam materiam et primam formam.
(44) Primum est semper causa posterioris.
(45) Generatio unius est corruptio alterius.
(46) Generatio est medium inter esse et non esse.

43 Aristotelis] *om.* XE 44 Sicut] Icut D 45 deum] deu L 50 praeexercitati] praeexerciati L 51 Vocando] Vocare W recte se habet] equum est W 54 ut[2]] quia D 55 qui ... ignis] *om.* W 56 maxime est] est maxime D 64 est semper] semper est X

(35) Arist., *Metaphys.*, *a*1, 993 b 9-11.
(36) Arist., *Metaphys.*, *a*1, 993 b 11-14.
(37) Arist., *Metaphys.*, *a*1, 993 b 14.
(38) Arist., *Metaphys.*, *a*1, 993 b 19-20.
(39) Arist., *Metaphys.*, *a*1, 993 b 20-21.
(40) Arist., *Metaphys.*, *a*1, 993 b 23-24.
(41) Arist., *Metaphys.*, *a*1, 993 b 24-27.
(42) Arist., *Metaphys.*, *a*1, 993 b 30-31.
(43) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 a 1-11.
(44) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 a 12-13.
(45) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 b 5-6.
(46) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 a 27.

65 Le texte d'Aristote dit exactement l'inverse.



(47) Dupliciter dicitur aliquid fieri ex aliis, vel quia ex puero fit vir, ex aurora dies, vel sic ex aere fit aqua et universaliter ex incompleto completum.
(48) Impossibile est principium sempiternum ex quo fit generatio corrumpi, scilicet materiam primam.
(49) Qui infinitum agunt, naturam boni auferunt latenter, ex quo habetur quod finis et bonum convertuntur.
(50) Nullum agens naturale sive intellectuale ab intentione finis absolvitur.
(51) Infinitum non est scibile.
(52) Quicquid intellectus intelligit, ipsum prius scivit.
(53) In omni eo quod movetur, necesse est intelligi materiam.
(54) Tunc scire putamus rem, cum causas ejus cognoscimus.
(55) Auditiones contingunt secundum consuetudines mentium.
(56) Sicut consuevimus, ita dignamur loqui.
(57) Consuetum semper notius est.
(58) Quantam vim habeant quae consueta sunt, leges ostendunt.
(59) In quibusdam fabularia puerilia magis valent propter veritatem conservandam.
(60) Absurdum est simul habere scientiam t modum sciendi.

67 aliis] alis XPf; alio W 72 auferunt latenter] latenter auferunt XD 73 bonum] bonnm f 74 Nullum] Nullnm W naturale] neutrale LWP intentione] intentiove W 77 intelligit] intelllgit f 84 veritatem] veritate L

(47) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 a 22-26, b 2.
(48) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 b 6-9.
(49) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 b 12-13.
Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, II, lect. 4, n. 317.
(50) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 b 13-14.
(51) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 b 21-23.
(52) S. Thomas, *In Metaphys.*, XII, lect. 8, n. 2544.
(53) Arist., *Metaphys.*, *a*2, 994 b 25-26.
(54) Arist., *Metaphys.*, *a*3, 994 b 29-30.
(55) Arist., *Metaphys.*, *a*3, 994 b 32.
(56) Arist., *Metaphys.*, *a*3, 994 b 32 - 995 a 1.
(57) Arist., *Metaphys.*, *a*3, 995 a 3.
(58) Arist., *Metaphys.*, *a*3, 995 a 3-4.
(59) Arist., *Metaphys.*, *a*3, 995 a 4-6.
(60) Arist., *Metaphys.*, *a*3, 995 a 13-14.

**Commentator.**

(61) Comprehensio veritatis non est impossibilis in multis rebus, et hoc ideo est quia nos habemus desiderium naturale ad sciendum veritatem.

(62) Nihil est otiosum in natura.

(63) Principia se habent in scientia sicut janua in domo quam nullus ignorat. Quod Aristoteles nostrum intellectum assimilat in intelligendo substantias separatas oculo vespertilionis, non tamen in hoc impossibilitatem demonstrat, sed difficultatem.

(64) Nullus per se potest invenire scientias speculativas et practicas in majori parte, quia non complentur nisi per juvamentum prioris ad subsequentem, et si prior non fuisset subsequens non esset.

(65) Prima causa est magis digna in esse et veritate quam alia omnia, quia omnia entia acquirunt veritatem et esse a prima causa.

(66) Qui destruit finem, destruit omne bonum et nihil percipit.

(67) Consuetudo audiendi apologos et fabulas magnum est impedimentum in cognitione veritatis.

(68) Ars logicae est quaedam utilis via in omnibus scientiis et est modus sciendi in unaquaque scientia.

**Sequuntur auctoritates III libri Metaphysicae Aristotelis.**

(69) Dubitatorum solutio est veritatis inquisitio.

(70) Ignorantis non est solvere, id est determinare.

89 hoc] hot D est] *om.* D 95 demonstrat] innuit X 97 juvamentum] juuamentum P 98 fuisset] fussset f 1 bonum] bonnm W 6 Metaphysicae] Metamorphi W 7 Dubitatorum] Habitorum LP; Rgumentorum W; Ubitatorum D

(61) Averroes, *In Metaphys.*, II, com. 1, f. 28 K.
(62) Averroes, *In Metaphys.*, II, com. 1, f. 28 K.
(63) Averroes, *In Metaphys.*, II, com. 1, f. 29 A-C.
(64) Averroes, *In Metaphys.*, II, com. 2, f. 29 G.
(65) Averroes, *In Metaphys.*, II, com. 4, f. 30 C.
(66) Averroes, *In Metaphys.*, II, com. 8, f. 33 B.
(67) Averroes, *In Metaphys.*, II, com. 14, f. 34 I.
(68) Averroes, *In Metaphys.*, II, com. 15, f. 35 F.
(69) Arist., *Metaphys.*, β1, 995 a 28-29.
(70) Arist., *Metaphys.*, β1, 995 a 29-30.

7 *veritatis* : la notion de vérité ne se trouve pas dans le texte d'Aristote. On trouve le terme *priorum* à cet endroit, dans la traduction de Guillaume de Moerbeke.



(71) Veritatem quaerentes sine dubitatione similes sunt ignorantibus quo ire oportet.

(72) In immoventibus nec est movens neque finis.

(73) Finis et bonum idem sunt.

(74) Magis dicimus illum scire ratione qui scit affirmative quam qui scit negative.

(75) Unius rei est una definitio.

(76) Ens et unum non sunt genera.

(77) Differentiae non sunt extra rationem generis.

(78) Non contingit ponere domum praeter hanc vel istam domum vel particularem.

(79) Unum numero et singulare non differunt.

(80) Omnes theologi qui antiquitus fecerant deos, faciebant principia entium et dixerunt prima esse principia immortalia qui gustaverunt nectar et manna; illa vero mortalia qui non gustaverunt. Sed tamen hoc non est verum.

(81) Aeterna non indigent cibo.

(82) Corruptibilium et incorruptibilium non sunt eadem principia.

(83) Impossibile est aliquid fieri ex non ente.

9 sine] sive W 10 oportet] oporteat E 11 nec] non D 12 et] est W 13 scit] sit Xf qui] quae f 15 est una] una est X 21 fecerant] fecerunt E 22 qui] quae WD 23 qui] quae LWPE

(71) Arist., *Metaphys.*, β1, 995 a 34-36.
(72) Arist., *Metaphys.*, β2, 996 a 22-23, 27-29.
(73) Arist., *Metaphys.*, β2, 996 a 23-24.
(74) Arist., *Metaphys.*, β2, 996 b 15-16.
(75) S. Thomas, *In Metaphys.*, III, lect. 8, n. 430.
Cf. Arist., *Metaphys.*, β3, 998 b 12.
(76) Arist., *Metaphys.*, β3, 998 b 22.
(77) S. Thomas, *In Metaphys.*, III, lect. 8, n. 433.
Cf. Arist., *Metaphys.*, β3, 998 b 23-26.
(78) Arist., *Metaphys.*, β4, 999 b 19-20.
(79) Arist., *Metaphys.*, β4, 999 b 33-34.
(80) Arist., *Metaphys.*, β4, 1000 a 9, 11-13.
Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, III, lect. 11, n. 468.
(81) Arist., *Metaphys.*, β4, 1000 a 17-18.
(82) S. Thomas, *In Metaphys.*, III, lect. 11, n. 482.
Cf. Arist., *Metaphys.*, β4, 1000 a 20-24.
(83) Arist., *Metaphys.*, β4, 999 b 8.

9 *veritatem* : de même que dans la citation précédente, il n'y a pas de concept de vérité à cet endroit de la *Métaphysique*. La phrase commence par *Quaerentes*.

**Commentator.**

(84) Qui nescit quid quaerit, nescit quid invenit.
(85) Finis est melior omnibus causis.
(86) Idem numero et singulare idem sunt cum particulari.

**Sequuntur auctoritates IIII libri Metaphysicae Aristotelis.**

(87) Prima philosophia, id est metaphysica, considerat ens et passiones et principia entis secundum quod ens.
(88) Ens secundum quod est ens dicitur multis modis non aequivoce, sed secundum attributionem omnium in unum, id est analogice.
(89) Substantia est primum ens a quo omnia dependent.
(90) Ens et unum convertuntur.
(91) Idem est homo et unus homo.
(92) Eadem sunt quorum generatio et corruptio est eadem, vel quae eadem generatione generantur et corrumpuntur.
(93) Ejusdem scientiae est opposita considerare, hoc est oppositorum eadem est disciplina.
(94) Negatio et privatio differunt, quia negatio est alicujus simpliciter remotio, sed privatio est remotio alicujus in subjecto apto nato ad illud.
(95) Circa idem genus versatur metaphysicus et sophista.
(96) Primum principium in aliqua scientia notissimum esse debet, in ea non conditionale nec demonstratum.

32 Aristotelis] *om.* XE 33 philosophia] physica W 35 est] *om.* W 40 vel] ea *add.* W 42 considerare] considarare W

(84) Averroes, *In Metaphys.*, III, com. 1, f. 37 F-G.
(85) Averroes, *In Metaphys.*, III, com. 3, f. 41 I.
(86) Averroes, *In Metaphys.*, III, com. 14, f. 53 D.
(87) Arist., *Metaphys.*, Γ1, 1003 a 21-22.
(88) Arist., *Metaphys.*, Γ2, 1003 a 33-34.
(89) Arist., *Metaphys.*, Γ2, 1003 b 16-18.
(90) Arist., *Metaphys.*, Γ2, 1003 b 22-23.
(91) Arist., *Metaphys.*, Γ2, 1003 b 26-27.
(92) S. Thomas, *In Metaphys.*, IV, lect. 2, n. 551. Cf. Arist., *Metaphys.*, Γ2, 1003 b 26-30.
(93) Arist., *Metaphys.*, Γ2, 1004 a 9-10.
(94) Arist., *Metaphys.*, Γ2, 1004 a 14-16.
(95) Arist., *Metaphys.*, Γ2, 1004 b 22-23.
(96) Arist., *Metaphys.*, Γ3, 1005 b 11-13, 14. Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, IV, lect. 6, n. 596.



(97) Prima dignitas est de quolibet affirmatio vel negatio, alias de quolibet esse vel non esse et de nullo simul.
(98) Qui negat loquelam, ponit loquelam.
(99) Qui non unum intelligit, nihil intelligit.
(100) Qui non unum significat, nihil significat.
(101) Non omne quod videtur verum et apparet verum est verum.
(102) Necessarium non potest se aliter habere.
(103) Movens naturaliter prius est moto.
(104) Accidens non est accidens, nisi in quantum ambo tertio accidunt.
(105) Unum creatum refertur ad unum.
(106) Contradictio est oppositio cujus secundum se non est medium.

**Commentator.**

(107) Ens nec est univocum, nec aequivocum, sed est nomen significans plura uni attributa, et est medium inter univocum et aequivocum, id est analogum.
(108) Omnia quae attribuuntur uni vel attribuuntur alicui fini et omnia sana sano quod est in animali, vel uni agenti ut omnia medicinalia ad artem medicinae, vel subjecto ut puta substantiae. Et idem vult Aristoteles.
(109) Exercitium dicitur sanum eo quod conservat sanitatem.
(110) Una scientia non est tantum unius univoci, sed etiam bene unius analogi.

58 ambo tertio] *om.* W accidunt] accidat W 60 medium] medinm f 65 et] ut E

(97) Arist., *Metaphys.*, Γ3, 1005 b 19-20, 23-24.
(98) Arist., *Metaphys.*, Γ4, 1006 a 26.
(99) Arist., *Metaphys.*, Γ4, 1006 b 10.
(100) Arist., *Metaphys.*, Γ4, 1006 b 7.
(101) Arist., *Metaphys.*, Γ5, 1010 b 1-2, Γ6, 1011 a 18.
(102) Arist., *Metaphys.*, Γ5, 1010 b 28-29.
(103) Arist., *Metaphys.*, Γ5, 1010 b 37 - 1011 a 1.
(104) Arist., *Metaphys.*, Γ4, 1007 b 2-4.
(105) Arist., *Metaphys.*, Γ6, 1011 b 7-8.
(106) Arist., *Metaphys.*, Γ7, 1011 b 23-24.
(107) Averroes, *In Metaphys.*, IV, com. 2, f. 65 D-E.
(108) Averroes, *In Metaphys.*, IV, com. 2, f. 65 E-F.
(109) Averroes, *In Metaphys.*, IV, com. 2, f. 65 F-G.
(110) S. Thomas, *In Metaphys.*, IV, lect. 1, n. 534.

(111) Avicenna inservit scientiam suam cum lege.

(112) Avicenna putavit idem esse unum quod convertitur cum ente et principium numeri. Quod non est verum, quia differunt multum.

(113) Res non est ens vel una per dispositionem sibi additam, sed est ens et una per suam essentiam.

(114) Sophista intendit se videri philosophum et non est ut acquirat gloriam vel aliquam gratiam humanam, sed philosophus tantum intendit scire veritatem.

(115) Qui negat primum principium secundum quod duo contradictoria non stant simul, impossibile est ipsum philosophari.

(116) Ratio quam significat nomen est definitio. Hoc est verum in speciebus, sed non in individuis.

**Sequuntur auctoritates quinti libri Metaphysicae Aristotelis.**

(117) Tot modis dicitur principium, quot modis dicitur causa, quia omnes causae sunt principia, sed non e converso.

(118) Principium et primum idem sunt, quia omne principium est primum.

(119) Quattuor sunt causae, scilicet materialis, formalis, efficiens et finalis.

(120) Aliqua sibi invicem possunt esse causae, ut exercitium est causa sanitatis et e converso.

(121) Idem se aliter habens est causa oppositorum, sicut gubernator navis per suam praesentiam est causa salutis navis, sed per suam absentiam est causa periclitationis ejusdem.

73 putavit idem esse] putavit quod idem esset XfD unum] unu L 77 est] sed *add.* D ut] qui L 78 aliquam] *om.* D 84 Aristotelis] *om.* E 85 Tot] Ot W

(111) Averroes, *In Metaphys.*, IV, com. 3, f. 67 B.
(112) Averroes, *In Metaphys.*, IV, com. 3, f. 67 B.
(113) Averroes, *In Metaphys.*, IV, com. 3, f. 67 B.
(114) Averroes, *In Metaphys.*, IV, com. 5, f. 70 K.
(115) Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, IV, lect. 6, n. 608.
(116) S. Thomas, *In Metaphys.*, IV, lect. 16, n. 733.
(117) Cf. Arist., *Metaphys.*, Δ1, 1013 a 16-17.
Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, V, lect. 1, n. 750.
(118) Arist., *Metaphys.*, Δ1, 1013 a 17-19.
(119) Arist., *Metaphys.*, A3, 983 a 26-32.
S. Thomas, *In Metaphys.*, I, lect. 4, n. 70.
(120) Arist., *Metaphys.*, Δ2, 1013 b 9-10.
(121) Arist., *Metaphys.*, Δ2, 1013 b 11-15.



(122) Finis est optimum rei.

(123) Causae secundum actum et effectus simul sunt.

(124) Causa et effectus debent esse proportionata.

(125) Materia omnium liquefactibilium est aqua.

(126) Necessarium uno modo dicitur sine quo res non potest esse, ut animal non potest esse sine cibo vel vivere. Secundo modo sine quo non potest bene esse, ut vivere sine vestimentis. Tertio modo idem est quod violentum et sic dicitur ista res necessario projicitur extra navim, id est violenter.

(127) Quarto modo dicitur necessarium quod non contingit aliter se habere.

(128) Continuum est cujus motus est unus.

(129) Eadem numero sunt quorum materia est una, eadem specie sunt quorum forma est una.

(130) Ens est duplex, scilicet per se et per accidens.

(131) Ens per se est quod significat decem praedicamenta uno modo. Alio modo significat veritatem uniuscujusque.

(132) Ens per accidens est quando unum accidens dicitur de alio, ut album est musicum, vel accidens de subjecto, ut homo est albus, vel subjectum de accidente, ut album est homo, vel musicum est homo.

(133) Extrema relationis semper sunt diversa, vel re, vel ratione.

(134) Unum in substantia facit idem.

(135) Unum in quantitate facit aequale, unum in qualitate facit simile.

96 optimum] oprimum W 8 numero] nnmero P 9 forma] fortuna L 11 est] *om.* W

(122) Arist., *Metaphys.*, Δ2, 1013 b 26.
(123) Arist., *Metaphys.*, Δ2, 1014 a 20-22.
(124) S. Thomas, *In Phys.*, II, lect. 6, n. 197.
(125) Arist., *Metaphys.*, Δ4, 1015 a 7-10.
(126) Arist., *Metaphys.*, Δ5, 1015 a 20-26.
(127) Arist., *Metaphys.*, Δ5, 1015 a 33-35.
(128) Arist., *Metaphys.*, Δ6, 1016 a 5-6.
(129) Arist., *Metaphys.*, Δ6, 1016 b 32-33.
(130) Arist., *Metaphys.*, Δ7, 1017 a 7-8.
(131) Arist., *Metaphys.*, Δ7, 1017 a 22-23, 31.
(132) Arist., *Metaphys.*, Δ7, 1017 a 7-10.
(133) S. Thomas, *In Metaphys.*, V, lect. 11, n. 912.
(134) S. Thomas, *In Metaphys.*, IV, lect. 2, n. 561.
Arist., *Metaphys.*, Δ15, 1021 a 11.
(135) S. Thomas, *In Metaphys.*, IV, lect. 2, n. 561.
Arist., *Metaphys.*, Δ15, 1021 a 11-12.

(136) Prius est quod principio est propinquius.

(137) Potentia activa et passiva ad invicem se respiciunt, unde quaelibet potentia activa correspondet potentiae passivae et e converso. Quantum est quod est divisibile in partes quarum unaquaque est hoc aliquid in actu.

**Commentator.**

(138) Perfectum est extra quod nihil est et est duplex, scilicet perfectum simpliciter extra quod nihil est simpliciter, et hoc est quod dicit Commentator quod illa est dispositio primi principii in quo sunt perfectiones et nobilitates omnium entium nobiliori modo quam sunt in se ipsis, sed perfectum in genere est extra quod nihil est alicujus determinati generis.

(139) Mors metaphorice dicitur finis.

(140) Quotiens dicitur principium, totiens dicitur terminus, et adhuc amplius, quia quod principium est terminus initialis et non e converso.

(141) Omne attingens suum finem est perfectum.

(142) Quaedam relativa dicuntur esse natura quorum esse est ad aliud essentialiter comparatum.

**Sequuntur auctoritates VI libri Metaphysicae Aristotelis.**

(143) Metaphysica considerat causas et principia entium in quantum entia.

(144) Substantia et essentia rei non possunt cognosci, nisi per demonstrationem.

21 Potentia] popotentia D 33 principium] pricipium P 34 quod] est *add.* WXfED 39 Sequuntur] Sequunrur P Aristotelis] *om.* XE 40 Metaphysica] Etaphysica WD 41 entia] comparatum *add.* L

(136) Arist., *Metaphys.*, Δ11, 1018 b 9, 10-11.
(137) Arist., *Metaphys.*, Δ15, 1021 a 14-19, Δ13, 1020 a 7-8.
(138) Cf. Arist., *Metaphys.*, Δ16, 1021 b 12-13.
Averroes, *In Metaphys.*, V, com. 21, f. 131 B.
(139) Arist., *Metaphys.*, Δ16, 1021 b 28-29.
(140) Arist., *Metaphys.*, Δ17, 1022 a 10-13.
(141) Arist., *Metaphys.*, Δ16, 1021 b 23-25.
(142) Arist., *Metaphys.*, Δ15, 1021 a 26-28, b 3-4.
(143) Arist., *Metaphys.*, E1, 1025 b 3-4.
(144) S. Thomas, *In Metaphys.*, VI, lect. 1, n. 1150.
Cf. Arist., *Metaphys.*, E1, 1025 b 10, 14.

42-43 S. Thomas et Aristote disent exactement le contraire du contenu de la citation.



(145) Nulla ars particularis probat suum subjectum esse, sed supponit ipsum esse.

(146) Omnis scientia vel est activa, vel factiva, vel theorica, vel speculativa.

(147) Tres sunt partes philosophiae speculativae, scilicet naturalis, mathematica et divina, id est metaphysica.

(148) Naturalis considerat res conjunctas motui et materiae secundum esse, sed separatas secundum rationem.

(149) Mathematica vero considerat res separatas a materia et motu secundum esse et rationem. Idem vult Commentator.

(150) Theoricae scientiae, id est speculativae, aliis scientiis sunt delectabiliores et metaphysica theoricis.

(151) De ente per accidens non est speculatio.

(152) Entium quaedam sunt semper, quaedam ut frequenter, quaedam raro, et prima sunt entia secundum accidens, ut casualia et fortuita, ex quo habetur quod non omnia eveniunt ex necessitate.

54-55 delectabiliores] declinabiliores W

(145) S. Thomas, *In Metaphys.*, VI, lect. 1, n. 1151.
Cf. Arist., *Metaphys.*, E1, 1025 b 16-17.
(146) Arist., *Metaphys.*, E1, 1025 b 25.
(147) Arist., *Metaphys.*, E1, 1026 a 18-19.
(148) S. Thomas, *In Metaphys.*, VI, lect. 1, n. 1162.
(149) S. Thomas, *In Metaphys.*, VI, lect. 1, n. 1162.
(150) Arist., *Metaphys.*, E1, 1026 a 22-23.
(151) Arist., *Metaphys.*, E2, 1026 b 3-4.
(152) Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, VI, lect. 2, n. 1182.
Cf. Arist., *Metaphys.*, E2, 1026 b 27-33.

50-53 Il semble y avoir confusion entre les deux citations. En effet, S. Thomas explique très bien le texte d'Aristote (E1, 1025 b 26 - 1026 a 16), alors que dans le florilège on attribue *separatas secundum rationem* aux choses physiques, ce qui convient en fait aux *mathematica* et *separatas a materia et motu secundum esse et rationem* est attribué aux *mathematica*, alors que cela convient seulement aux objets de la métaphysique. Il semble y avoir eu un téléscopage et une réduction de trois *auctoritates* à deux. On pourrait conjecturer le texte de la manière suivante : *Naturalis considerat res conjunctas motui et materiae secundum esse, mathematica autem considerat res conjunctas motui et materiae secundum esse sed separatas secundum rationem.* En remplaçant *Mathematica* par *Methaphysica* à la ligne 14, le texte devient : *Metaphysica vero considerat res separatas a materia et motu secundum esse et rationem. Idem vult Commentator.*

57-59 Le texte d'Aristote est corrompu. La traduction latine de Guillaume de Moerbeke donne à cet endroit : *Quoniam igitur in entibus sunt haec quidem semper similiter se habentia et ex necessitate, non secundum vim dicta, sed secundum quod dicimus in non contingere aliter, illa vero ex necessitate quidem non sunt, nec semper, sed quasi secundum magis, hoc principium et haec causa eius est, quod est accidens esse.*

(153) Bonum et malum sunt in rebus, sed verum et falsum in anima.

(154) Entium quoddam est per se et quoddam per accidens.

(155) Ens per se aliud est in anima, aliud extra animam, et dividitur in decem praedicamenta, scilicet substantiam, quantitatem, qualitatem et sic de aliis.

**Commentator.**

(156) Naturalia sunt in quorum definitione ens recipitur in natura, divina in quorum definitione recipitur deus, voluntaria in quorum definitione recipitur voluntas.

(157) Licet omnes scientiae sint nobiles, tamen scientia dei et ejus subjectum est nobilissimum subjectum aliarum scientiarum subalternatarum metaphysicae.

(158) Res immobiles divinae sunt causae rerum divinarum mobilium, id est corporum caelestium.

(159) Substantia prior est accidente, natura, tempore et definitione.

**Sequuntur auctoritates VII libri Metaphysicae Aristotelis.**

(160) Accidentia non sunt entia, sed quid entis.

(161) Materia prima nec est quid, nec est quantum, nec quale, nec aliquid aliorum quibus ens est determinatum.

60 sunt] suut P 66 recipitur] recipit D 70-71 subjectum est nobilissimum subjectum aliarum scientiarum subalternatarum metaphysicae] subjectum aliarum scientiarum est nobilissimum subalternatarum metaphysicae L; subjectum aliarum scientiarum est nobilissimum subjectum subalternatarum metaphysicae E 75 Aristotelis] *om.* XE 76 Accidentia] Ccidentia WD 78 aliorum] eorum XfD

---

(153) Arist., *Metaphys.*, E4, 1027 b 25-27.
Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, VI, lect. 4, n. 1230.
(154) Arist., *Metaphys.*, Δ7, 1017 a 7-8.
(155) S. Thomas, *In Metaphys.*, VI, lect. 4, n. 1241 et 1243.
(156) Averroes, *In Metaphys.*, VI, com. 2, f. 146 G-H.
(157) Averroes, *In Metaphys.*, VI, com. 2, f. 146 I.
(158) Averroes, *In Metaphys.*, VI, com. 2, f. 146 D.
(159) Arist., *Metaphys.*, Z1, 1028 a 32-33.
(160) Arist., *Metaphys.*, Z1, 1028 a 18-20.
(161) Arist., *Metaphys.*, Z3, 1029 a 20-21.

---

62-64 Cette citation présente un texte corrompu. Aristote (E4, 1027 b 29-31) et S. Thomas disent tous les deux que l'*ens in anima* est différent de l'*ens per se*.



(162) Disciplina fit in omnibus per magis nobis nota.

(163) Definitio est sermo indicans quid est esse rei per essentialia.

(164) Definitio accidentium fit per additamentum, scilicet substantiae.

(165) Unde accidens definitur per aliquod extraneum a sua natura, scilicet per substantiam.

(166) Compositorum non est definitio, sed simplicium terminorum.

(167) In entibus per se idem est quidditas et habens quidditatem.

(168) Omne accidens concretum duo signat, scilicet formam accidentalem et subjectum ejus, sicut album signat albedinem et subjectum albedinis.

(169) Omnia quae sunt, vel fiunt a natura, vel ab arte, vel a casu.

(170) Materia est ex qua res potest esse et non esse.

(171) Ex sanitate in anima fit sanitas in natura.

(172) Materia non fit forma, sed totum compositum.

(173) Particulare non generat nisi particulare, sed universale nec generat nec generatur.

(174) Universalia non sunt separata a singularibus secundum esse, ut voluit Plato, sed sunt in eis secundum esse, quia praedicantur de eis praedicatione essentiali et directa, ut dicendo hoc est homo.

(175) Omnis praedicatio fit a forma.

84 definitio] definitis L 85 quidditas] quodditas L 86 Omne] Omve f 90 et] vel D 96 sunt] sund L

---

(162) Arist., *Metaphys.*, Z4, 1029 b 4-5.
Cf. Arist., *Metaphys.*, Z4, 1029 b 7-8.
(163) Arist., *Metaphys.*, Z5, 1031 a 12-13.
(164) Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 4, n. 1345.
Cf. Arist., *Metaphys.*, Z5, 1031 a 1-3.
(165) *Locus non inventus.*
(166) S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 4, n. 1350.
Cf. Arist., *Metaphys.*, Z5, 1031 a 5-6.
(167) S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 5, n. 1362.
Cf. Arist., *Metaphys.*, Z6, 1032 a 5-6.
(168) Arist., *Metaphys.*, Z6, 1031 b 22-24, 27-28.
(169) Arist., *Metaphys.*, Z7, 1032 a 12-13.
(170) Arist., *Metaphys.*, Z7, 1032 a 20-22.
(171) Arist., *Metaphys.*, Z7, 1032 b 11.
(172) Arist., *Metaphys.*, Z8, 1033 b 17-18.
S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 7, n. 1423.
(173) S. Thomas, *In Metaphys.*, I, lect. 1, n. 21.
Cf. Arist., *Metaphys.*, Z8, 1033 b 20-29.
(174) Cf. Arist., *Categoriae*, 5, 2 a 19-27.
(175) S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 10, n. 1496.

(176) Omnes partes definitionis sunt formae.
(177) Natura humana non est nisi in his carnibus et in his ossibus.
(178) Generans et generatum conveniunt in specie et sunt univoca.
(179) Sperma facit ad generationem sicut artifex ad artificialia.
(180) Definitio est sermo habens partes.
(181) Nihil contingit uno nomine tantum definiri.
(182) Singularium nec est scientia, neque definitio, quia quando recedunt a sensu, tunc non est certum aut manifestum utrum sint vel non sint.
(183) Materia secundum se est ignota.
(184) Nihil aliud debet esse in definitione nisi genus et differentia.
(185) Definitio est una propter ultimam differentiam.
(186) Ex duobus entibus in actu non fit tertium in natura.
(187) Actus separat et distinguit.
(188) Forma est causa essendi in rebus.
(189) Unde forma dat esse rei.

8 Materia] enim *add.* W    10 differentiam] deferentiam E    11 duobus] duabus LXPfE

---

(176) Arist., *Metaphys.*, Z10, 1035 b 34.
(177) Arist., *Metaphys.*, Z8, 1034 a 5-6.
Cf. Arist., *Metaphys.*, Z11, 1036 b 3-4.
(178) Arist., *Metaphys.*, Z8, 1033 b 29-31.
(179) Arist., *Metaphys.*, Z9, 1034 a 33-34.
(180) Arist., *Metaphys.*, Z10, 1034 b 20.
(181) S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 9, n. 1460.
(182) Arist., *Metaphys.*, Z15, 1039 b 27 - 1040 a 5.
Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 10, n. 1495.
(183) Arist., *Metaphys.*, Z10, 1036 a 8-9.
(184) Arist., *Metaphys.*, Z12, 1037 b 29-30.
(185) S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 12, n. 1564.
Cf. Arist., *Metaphys.*, Z12, 1037 b 23-25, 1038 a 18-20.
(186) Arist., *Metaphys.*, Z13, 1039 a 4-5.
S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 13, n. 1588.
(187) Arist., *Metaphys.*, Z13, 1039 a 7.
(188) Arist., *Metaphys.*, Z17, 1041 b 8.
Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 17, n. 1668.
(189) S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 17, n. 1668.
Cf. Arist., *Metaphys.*, H2, 1043 a 2.

---

11 *natura* : Aristote et S. Thomas donnent la même version de *actu* à cet endroit.



**Commentator.**

(190) Individuum substantiae est prius individuis accidentium.
(191) Substantia individualis et demonstrativa non est una nisi per formam.
(192) Sicut extra materiam non cognoscuntur duae formae, sic nec in anima.
(193) Impossibile est ut duae formae separatae a materia transmutent materiam immediate, quia nihil transmutat materiam nisi corpus.
(194) Causa multitudinis generabilium ab uno generante est multiplicatio materiarum in quas agens agit.
(195) Proprium est substantiae inter omnia alia praedicamenta ut ante substantiam generatam sit alia substantia sibi similis, sed non est necessarium ut ante qualitatem generatam sit alia qualitas agens, sed bene est aliquid ante qualitatem, ut est potentia qualitas, scilicet materia.
(196) Materia non cognoscitur per se, sed per formam.
(197) Qui nescit rem, nullum nomen ei imponit sive dat, quia nullus aliquod nomen dat ei quod non noscit. Unde habemus quod rebus nobis notis nomina imponimus.
(198) Forma non est elementum, nec elementatum, sed est substantia addita elemento, ut dicit Aristoteles.

**Sequuntur auctoritates VIII libri Metaphysicae Aristotelis.**

(199) Omnes substantiae sensibiles materiam habent.
(200) Triplex est substantia, scilicet forma, materia et compositum.
(201) Substantia, id est forma substantialis, dat esse.

26 generatam] generatum W    28 qualitas] qualitatis W    32 non noscit] noscit LXPf; nescit E    36 Aristotelis] *om.* E    37 Omnes] Mnes WD

---

(190) Averroes, *In Metaphys.*, VII, com. 2, f. 153 I.
(191) *Locus non inventus.*
(192) *Locus non inventus.*
(193) Averroes, *In Metaphys.*, VII, com. 28, f. 178 C.
(194) Averroes, *In Metaphys.*, VII, com. 28, f. 178 H.
(195) Averroes, *In Metaphys.*, VII, com. 32, f. 182 D-E.
(196) Averroes, *In Metaphys.*, VII, com. 35, f. 187 I.
(197) Averroes, *In Metaphys.*, VII, com. 54, f. 202 M.
(198) Averroes, *In Metaphys.*, VII, com. 60, f. 209 B.
(199) Arist., *Metaphys.*, H1, 1042 a 25-26.
(200) Arist., *Metaphys.*, H1, 1042 a 26-27, 28-30.
(201) Arist., *Metaphys.*, H2, 1043 a 2-4.

(202) Definitiones essentiales quaedam dantur per formam tantum, quaedam per materiam tantum et quaedam per utrumque et primae sunt definitiones perfectae.

(203) In separatis a materia idem est quidditas et quidditatem habens, sed in aliis non sunt idem, sed differunt.

(204) Definitiones et formae rerum comparantur numero, quia sicut in numero addita unitate vel ablata non manet eadem species numeri sed alia et alia, sic ablata vel addita aliqua definitione vel forma non manent eaedem species, sed variantur.

(205) Item sicut numerus non suscipit magis et minus, sic nec definitiones vel formae magis vel minus suscipiunt.

(206) Licet omnium sit una materia prima tamen cujuslibet est materia propria.

(207) Si agens fuerit diversum et materia diversa, factum est diversum.

(208) Forsan sunt quaedam naturalia quae non habent materiam, vel si habent, non habent talem qualem generabilia et corruptibilia, sed solum habent materiam mobilem secundum locum.

(209) Hic dicit Commentator quod per hoc dantur intelligi corpora caelestia in quibus non est materia cujus esse est in potentia ad corruptionem, sed materia eorum est aliquid existens in actu scilicet corpus, ideo dignius habet nomen subjectum quam materia.

(210) Non omnium est materia, sed solum quorum est generatio et transmutatio ad invicem et quaecumque sunt intransmutabilia, horum non est materia.

(211) Causa unitatis definitionis est quod una pars ejus est ut materia,

43 est] *om.* L quidditas] quodditas L 57 dantur] datur LWP 58 caelestia] sunt *add.* W materia] materiia W 60 subjectum] subjectu L 62 est[2] *om.* LWX 63 transmutatio] transumptio LPE; est *add.* W

(202) Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, VIII, lect. 2, n. 1700.
Cf. Arist., *Metaphys.*, H2, 1043 a 14-19.
(203) Cf. Arist., *Metaphys.*, Z11, 1037 a 33 - b 5.
(204) Arist., *Metaphys.*, H3, 1043 b 34 - 1044 a 2.
(205) Arist., *Metaphys.*, H3, 1044 a 9-10.
(206) Arist., *Metaphys.*, H4, 1044 a 15-18.
(207) Arist., *Metaphys.*, H4, 1044 a 31-32.
(208) Arist., *Metaphys.*, H4, 1044 b 6-8.
S. Thomas, *In Metaphys.*, VIII, lect. 4, n. 1740.
(209) Averroes, *In Metaphys.*, VIII, com. 12, f. 220 E-F.
(210) Arist., *Metaphys.*, H5, 1044 b 27-29.
(211) Arist., *Metaphys.*, H6, 1045 a 7-8, 23-25, b 16-22.



et alia ut forma, sed causa unitatis materiae et formae non est alia quod unum eorum est in potentia, aliud vero in actu, unde nulla est alia causa unitatis eorum, nisi motor qui extrahit materiam de potentia in actum.

**Commentator.**

(212) Forma secundum definitionem est a materia separata, sed non secundum esse, quia impossibile est formam separari a materia secundum esse.

(213) Essentia materiae est medium inter esse in actu et non esse in actu.

(214) Forma dat esse rei.

(215) Corpora caelestia non habent materiam in potentia ad corpus, sed ejus materia est aliquid existens in actu, scilicet corpus, ideo dignius habet nomen subjectum quam materia.

(216) Sicut transmutatio facit scire materiam, sic operatio formam.

(217) Exitus alicujus de potentia ad actum non largitur ei multitudinem, sed perfectionem.

**Sequuntur auctoritates IX libri Metaphysicae.**

(218) Duplex est potentia, scilicet activa et passiva.

(219) Potentia activa est principium transmutandi aliud in quantum aliud.

(220) Potentia passiva est principium transmutandi ab altero in quantum ab altero.

67 alia] quam *add.* W; nisi *add.* E 68 qui] quae LP 78 ejus] eorum W 81 alicujus] alius G 81-82 multitudinem] corruptionem W 84 Duplex] Uplex WD potentia] potenxia W 85 in] in *add.* D. 87 Potentia] Porentia f

(212) Averroes, *In Metaphys.*, VIII, com. 3, f. 210 H.
(213) Averroes, *In Metaphys.*, VIII, com. 4, f. 211 E.
(214) S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 17, n. 1668.
(215) Averroes, *In Metaphys.*, VIII, com. 12, f. 220 M.
(216) Averroes, *In Metaphys.*, VIII, com. 12, f. 220 G.
37 *praecedens* : à cet endroit du commentaire de S. Thomas, on trouve la leçon *omnium*.
39 *non* : le sens de ce passage dans le texte d'Aristote ainsi que dans le commentaire de S. Thomas exigerait la suppression de ce mot.

(217) Primus motor omnino est immobilis per se et per accidens.
(218) Primus motor tantum est unus et aeternus sive perpetuus.
(219) Motus localis est primus omnium motuum.
(220) Solus motus localis est continuus vere et perpetuus, quia non est medium inter motum et quietem.
(221) Motus circumflexus non est continuus, quia est interpolatus quiete media.
(222) Motus circularis est ab eodem ad idem.
(223) In circulo non est dare principium et finem in actu.
(224) Motus circularis est primus motus omnium et est mensura omnium motuum et solus uniformis.
(225) Primus motor nullam habet magnitudinem, nec finitam, nec infinitam, unde ipse est incorporeus, indivisibilis et aeternus.
(226) Perpetuum prius est corruptibili.
(227) Impossibile est in corpore finito esse potentiam infinitam.
(228) Primus motor est ibi, ubi velocissimus est motus, scilicet in oriente.

55 sive] fuit LD 57 vere] verus W 60 media] inedia Wf 61 ad] et L 62 actu] actum L 69 in] *om.* L 70 oriente] moriente L

---

(217) Arist., *Phys.*, Θ6, 258 b 13-15.
Cf. S. Thomas, *In Phys.*, VIII, lect. 12, n. 1069.
(218) Arist., *Phys.*, Θ6, 259 a 13-15.
(219) Arist., *Phys.*, Θ7, 261 a 27-28.
(220) S. Thomas, *In Phys.*, VIII, lect. 15, n. 1098.
Cf. Arist., *Phys.*, Θ7, 261 a 27 - b 7.
(221) Arist., *Phys.*, Θ8, 262 a 12-15.
Cf. S. Thomas, *In Phys.*, VIII, lect. 16, n. 1111.
(222) Arist., *Phys.*, Θ8, 264 b 18-19.
(223) Cf. Arist., *Phys.*, Θ9, 265 a 32-34.
Cf. S. Thomas, *In Phys.*, VIII, lect. 20, n. 1136.
(224) Arist., *Phys.*, Θ9, 265 b 8-12.
(225) S. Thomas, *In Phys.*, VIII, lect. 21, n. 1141.
Cf. Arist., *Phys.*, Θ10, 266 a 10-11, 267 b 18-26.
(226) Cf. Arist., *Phys.*, Θ9, 265, a 22-25.
(227) Arist., *Phys.*, Θ10, 266 b 25-26.
(228) S. Thomas, *In Phys.*, VIII, lect. 23, n. 1168.
Cf. Arist., *Phys.*, Θ10, 267 b 7-9.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B2, 285 b 17-18.



**Commentator.**

(229) In prologo hujus libri VIII, hoc nomen homo dicitur aequivoce de eo qui est perfectus per scientias speculativas et de aliis hominibus, hoc est de sciente et ignorante.
(230) Sapiens naturaliter est virtuosus.
(231) Agens non posse agere est impossibile et diminutio agentis cum hoc sit contra naturam agentis, sed ipsum dicere posse agere est impossibile est error et deceptio.
(232) Ex nihilo nihil fit.
(233) Homo dicitur parvus mundus.
(234) Experimentum sermonum verorum est ut conveniat rebus sensatis.
(235) Generans dat generato formam et omnia accidentia convenientia ad formam.
(236) In causis essentialiter subordinatis non potest ire in infinitum, sed in accidentaliter subordinatis, et hoc non est impossibile.
(237) Primum antiquum nihil agit in istis inferioribus sine secundo antiquo.
(238) Inter omnia entia quantitas adhaeret immediatius substantiae.
(239) In caelo non est infinita potentia activa sed passiva.
(240) Primus motor est in oriente et propter hoc leges quaedam adorant ipsum versus orientem.

**Incipiunt auctoritates super primum librum De caelo et mundo.**

(1) Continuum est divisibile in semper divisibilia.

85 ire] iri W 86 accidentaliter] accidentialiter LP 91 hoc] *om.* LWP 93 Incipiunt] *om.* D

---

(229) Averroes, *In Phys.*, I, prologue, f. 1 H-I.
(230) Averroes, *In Phys.*, I, prologue, f. 1 I.
(231) Averroes, *In Phys.*, VIII, com. 4, f. 341 F.
(232) Averroes, *In Phys.*, VIII, com. 4, f. 341 C.
(233) Averroes, *In Phys.*, VIII, com. 17, f. 353 H.
(234) Averroes, *In Phys.*, VIII, com. 22, f. 357 B-C.
(235) Averroes, *In Phys.*, VIII,com. 32, f. 370 G.
(236) Averroes, *In Phys.*, VIII, com. 34, f. 375 C-D et com. 47, f. 388 K-L.
(237) Averroes, *In Phys.*, VIII, com. 43, f. 383 G.
(238) S. Thomas, *In Phys.*, VII, lect. 5, n. 917.
(239) Averroes, *In Phys.*, VIII, com. 79, f. 426 M.
(240) Averroes, *In Phys.*, VIII, com. 84, f. 432 E-F.
(1) Arist., *De caelo et mundo*, A1, 268 a 6-7.

(2) Nihil est perfectu<m> nisi trinitas.

(3) Perfectum est cui nihil deficit.

(4) Omne totum et perfectum super tria ponimus.

(5) Totum universum esse perfectum necesse est.

(6) Natura apta nata est facere sicut fecit, ex quo habetur quod ad perfectionem unius cujuslibet rei tria requiruntur, scilicet substantia sive natura, virtus et operatio.

(7) Mixto non competit motus, nisi ratione elementi praedominantis in ipso.

(8) Motus circularis non habet contrarium.

(9) Unum tantum uni est contrarium.

(10) Motus circularis est primus omnium motuum.

(11) Perfectum naturaliter prius est imperfecto.

(12) Caelum nec est grave neque leve.

(13) Totum et pars moventur ad eundem locum.

(14) Si alicui inest unus motus praeter naturam, etiam inest alius motus secundum naturam.

(15) Caelum est ingenerabile et incorruptibile, inaugmentabile et inalterabile.

(16) Caelum elongatum est a contrariis.

(17) Caelum non potest suscipere peregrinas impressiones.

95 perfectu<m>] perfectus *cod.* 2 praedominantis] praedominatis LX 9 eundem] eundum W 14 contrariis] conrtraiis E

(2) S. Thomas, *In De caelo...*, I, lect. 2, n. 12.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, A1, 268 a 9-24.
(3) Arist., *De caelo et mundo*, A1, 268 b 4.
(4) Arist., *De caelo et mundo*, A1, 268 a 10-11, 17, 23-24.
(5) Arist., *De caelo et mundo*, A1, 268 b 8-9.
(6) S. Thomas, *In De Caelo...*, I, lect. 4, n. 39.
(7) Arist., *De caelo et mundo*, A2, 269 a 1-2, 4-5, 28-30.
(8) Arist., *De caelo et mundo*, A3, 270 a 19-20, A4, 270 b 32.
(9) Arist., *De caelo et mundo*, A2, 269 a 10.
(10) Arist., *De caelo et mundo*, A3, 269 a 24-25.
(11) Arist., *De caelo et mundo*, A2, 269 a 19-20.
(12) Arist, *De caelo et mundo*, A3, 270 a 6.
(13) Arist., *De caelo et mundo*, A3, 270 a 3-5.
(14) S. Thomas, *In De caelo...*, I, lect. 5, n. 55.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, A2, 269 a 15-17.
(15) Arist., *De caelo et mundo*, A3, 270 a 12-14.
(16) Arist., *De caelo et mundo*, A3, 270 a 20-21.
(17) Cf. Arist., *De caelo et mundo*, A3, 270 a 27-35.



(18) Deus et natura nihil faciunt frustra.

(19) Parvus error in principio, maximus erit in fine.

(20) Principia sunt minima in quantitate, maxima vero in identitate.

(21) Non est dare aliquod corpus actu infinitum.

(22) Finiti ad infinitum nulla est proportio.

(23) Non sunt plures mundi, nec impossibile est plures esse mundos.

(24) Individua alicujus speciei non differunt specie, sed numero.

(25) Differt dicere caelum et hoc caelum quod habet formam in materia.

(26) Non sunt plures mundi, quia tota materia a sua forma est comprehensa.

(27) Tripliciter accipitur caelum, scilicet pro octava sphaera, pro corpore quinto et pro toto universo.

(28) Extra caelum nullum est corpus, sive nihil est.

(29) Extra caelum nec est locus, neque tempus, neque vacuum, sed ibi sunt entia inalterabilia, impassibilia, optimam vitam ducentia quam toto aeterno perficiunt.

(30) A primo quidem ente communicatum est omnibus esse et vivere, his quidem clarius, his vero obscurius.

18 identitate] indemptitate LXPf 21 est plures esse] est esse plures E 29 Extra caelum nullum est corpus sive nihil est] *om.* L 31 inal terabilia] inalternabilia LWXPfD

(18) Arist., *De caelo et mundo*, A4, 271 a 33.
(19) Arist., *De caelo et mundo*, A5, 271 b 8-9, 12-13.
(20) Arist., *De caelo et mundo*, A5, 271 b 6-12.
(21) Arist., *De caelo et mundo*, A6, 273 b 28-29.
Cf. Arist., *Phys.*, Γ5, 206 a 7-8.
(22) Arist., *De caelo et mundo*, A6, 274 a 7-8.
(23) Arist., *De caelo et mundo*, A9, 277 b 27-28.
(24) S. Thomas, *In De caelo...*, I, lect. 17, n. 167.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, A9, 278 a 15-20.
(25) S. Thomas, *In De caelo...*, I, lect. 19, n. 189.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, A9, 278 a 12-15.
(26) Arist., *De caelo et mundo*, A9, 278 a 25-27.
(27) S. Thomas, *In De caelo...*, I, lect. 20, n. 199.
Cf. Arist., A9, 278 b 9-24.
(28) Arist., *De caelo et mundo*, A9, 278 b 23-24.
(29) Arist., *De caelo et mundo*, A9, 279 a 11-12, 20-22.
(30) Arist., *De caelo et mundo*, A9, 279 a 28-30.

21 *nec* : le texte d'Aristote est *et*.

(31) Omnia quae moventur, quando veniunt ad locum proprium, quiescunt.
(32) Oportet inquisitores veritatis non esse inimicos.
(33) Impossibile est aliquid esse aeternum quod habeat potentiam, nisi sit aliquando.
(34) Omne quod est generabile, id est novum a parte ante, non potest esse perpetuum a parte post.
(35) Quicquid est incorruptibile et ingenerabile, hoc est perpetuum et e converso.
(36) Omne corruptibile de necessitate corrumpitur.
(37) Virtus est optimum alicujus quod potest.
(38) Virtus activa terminatur ad maximum, virtus autem passiva ad minimum.
(39) Materia est causa esse vel non esse.

**Commentator.**

(40) Caelum est quasi medium et ligamentum quoddam inter generabilia et corruptibilia et aeterna.
(41) In caelestibus non sunt plura individua sub una specie.
(42) Caelum non habet materiam quae est in potentia ad esse, sed ejus materia est corpus in actu.

40 a parte] aperte XPf 41 a parte] aperte LXPf post] potest LXPfE 43 e converso] e contra E 51 et[1]] *om.* E 53 ad esse] abesse LPfE 54 materia] materiia E

---

(31) Arist., *De caelo et mundo*, A9, 279 b 1-2.
(32) Arist., *De caelo et mundo*, A10, 279 b 10-12.
(33) Cf. Arist., *De caelo et mundo*, A10, 279 b 30-31.
(34) Cf. Arist., *De caelo et mundo*, A10, 279 b 17-18, 33.
(35) S. Thomas, *In De caelo...*, I, lect. 28, n. 266.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, A12, 281 b 25-26, 282 a 30 - b 1.
(36) Arist., *De caelo et mundo*, A12, 283 a 24-25.
(37) Arist., *De caelo et mundo*, A12, 281 a 11-12.
(38) S. Thomas, *In De caelo...*, I, lect. 25, n. 252.
(39) Arist., *De caelo et mundo*, A12, 283 b 4-5.
(40) Averroes, *In De caelo...*, I, com. 22, f. 17 L.
(41) *Locus non inventus.*
(42) *Locus non inventus.*

---

38-39 Cette citation présente une version corrompue du texte correspondant d'Aristote. Pour ce passage la traduction latine de Guillaume de Moerbeke est la suivante : *Si autem hoc, non utique erit incorruptibilis, neque si aliter habebat aliquando, neque si possibile aliter habere.*



(43) Res est intellectiva per formam et est sensitiva per materiam.
(44) Unde activa definitur in ultimo augmenti sui, sed passiva in ultimo detrimenti sui.

**Sequuntur auctoritates II libri De caelo et mundo.**

(45) Caelum movetur sine labore et poena.
(46) Amabile est a melioribus persuaderi.
(47) Caelum est animatum et habet principium sui motus in se.
(48) Cujuscumque rei est aliqua operatio, illa est finaliter propter ipsam.
(49) Oportet motum caeli esse circa aliquod fixum, sicut est terra.
(50) Nullum violentum est perpetuum.
(51) Si unum contrariorum est in natura et reliquum est in natura, eadem est materia contrariorum.
(52) Caelum est rotundae figurae.
(53) Figura sphaerica et rotunda est nobilissima omnium figurarum.
(54) Unum est prius multo et simplex composito.
(55) Motus caeli est mensura omnium motuum.
(56) Motus caeli est continuus, perpetuus et uniformis.

60 persuaderi] persuadere WE 68 rotundae] rotunda L

---

(43) *Locus non inventus.*
(44) *Locus non inventus.*
(45) Arist., *De caelo et mundo*, B1, 284 a 14-15.
S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 1, n. 294.
(46) Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B1, 284 a 2-3.
(47) Arist., *De caelo et mundo*, B2, 285 a 29-30.
(48) Arist., *De caelo et mundo*, B3, 286 a 8-9.
S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 4, n. 334.
(49) S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 4, n. 335.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B3, 286 a 13-14, 20.
(50) Arist., *De caelo et mundo*, B3, 286 a 17-18.
S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 4, n. 335.
(51) Arist., *De caelo et mundo*, B3, 286 a 23-25.
(52) Arist., *De caelo et mundo*, B3, 286 b 10.
(53) S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 5, n. 345.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B4, 286 b 21-24.
(54) Arist., *De caelo et mundo*, B4, 286 b 16-17.
(55) Arist., *De caelo et mundo*, B4, 287 a 23.
S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 6, n. 353.
(56) Arist., *De caelo et mundo*, B4, 287 a 23-24.
S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 6, n. 356.

(57) Natura ex possibilibus facit semper quod optimum est.
(58) Omnis motus naturalis est debilis in principio, in fine fortior, sed e converso motus violentus in principio est fortior, in fine debilior.
(59) Omnis motus in potentia et defectu est accidens praeter naturam.
(60) Opposita juxta se posita magis elucescunt.
(61) Stellae sunt ejusdem naturae cujus est caelum.
(62) Stellae in istis inferioribus calorem generant a lumine.
(63) Motus natus est calefacere et ignire.
(64) Magis diligimus illa scire de quibus maximam dubitationem habemus per quasdam rationes debiles quam notiora per rationes efficaciores.
(65) Mirabilia naturae sunt multa.
(66) Illud quod per paucas rationes acquiritur, facilius acquiritur, sed quod per plures rationes acquiritur, difficilius acquiritur.
(67) Illud quod bonitatem per pauciores actiones participat nobilius est quam quod per plures eam participat.

77 praeter] per D  79 ejusdem] einsdem D  80 a] *om.* W  lumine] suo *add.* W
88 Illud] Istud f  89 eam] causa LW

---

(57) Arist., *De caelo et mundo*, B5, 288 a 2-3.
S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 7, n. 365.
(58) S. Thomas, *In De caelo...*, I, lect. 17, n. 173, 174.
(59) S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 9, n. 375.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B6, 288 b 14.
(60) S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 9, n. 381.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B4, 287 a 7-8.
(61) S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 10, n. 383.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B7, 289 a 14-15.
(62) S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 10, n. 393.
(63) Arist., *De caelo et mundo*, B7, 289 a 21-22.
(64) Arist., *De caelo et mundo*, B12, 291 b 26-28.
(65) S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 12, n. 453.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B12, 291 b 28-29.
(66) S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 18, n. 460.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B12, 292 a 30-32.
(67) S. Thomas, *In De caelo...*, II, lect. 18, n. 462.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, B12, 292 b 3-12.

---

77 Le texte de cette citation ne rend pas le sens du commentaire de S. Thomas qui dit : *Omnis autem impotentia et defectus est praeter naturam.* On pourrait peut-être reconstituer la citation primitive en écrivant : *Omnis motus, impotentia et defectus tes accidens praeter naturam.*
86-87 *rationes* : le commentaire de S. Thomas parle de *actiones* et non de *rationes*.



**Commentator.**

(68) Necesse est omne animatum corpus nobilius esse inanimato.
(69) Omnia entia nihil intendunt per suas operationes, nisi quod assimilentur primo principio mobili.
(70) Absentia materiae est causa aeternitatis.
(71) Entia divina et aeterna agunt propter se prima intentione, secundaria vero intentione propter conservationem inferiorum.
(72) Stella est densior pars sui orbis.
(73) Melius est scire modicum de rebus nobilibus quam multum de rebus ignobilibus.

**Sequuntur auctoritates III libri De caelo et mundo.**

(74) Plurima consideratio scientiae naturalis est de corporibus.
(75) Impossibile est divisibile componi ex indivisibilibus.
(76) Ordo est a propria natura rerum naturalium.
(77) Elementa non sunt infinita et sunt quattuor, scilicet ignis, aer, aqua et terra.
(78) Elementa sunt generabilia et corruptibilia.
(79) Fini nihil est contrarium.
(80) Omne leve sursum et omne grave deorsum.

94 Absentia materiae est causa aeternitatis] *om.* L  00 Sequuntur] Sequuntnr P
6 et] sed W

---

(68) *Locus non inventus.*
(69) *Locus non inventus.*
(70) *Locus non inventus.*
(71) *Locus non inventus.*
(72) *Locus non inventus.*
(73) Cf. Arist., *De part. animalium*, 15, 644 b 24-25, 31-33.
(74) Arist., *De caelo et mundo*, Γ1, 298 b 2-3.
(75) Cf. Arist., *De caelo et mundo*, Γ1, 299 a 11-20.
(76) Arist., *De caelo et mundo*, Γ2, 301 a 5-6.
(77) Cf. Arist., *De caelo et mundo*, Γ5, 304 b 21-22.
Cf. Arist., *De generatione et corruptione*, B3, 330 a 33 - b 3.
(78) Arist., *De caelo et mundo*, Γ6, 305 a 13-14.
(79) Arist., *De caelo et mundo*, Γ8, 307 b 8.
(80) Arist., *De caelo et mundo*, Γ2, 301 b 23-25.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, Δ1, 308 a 29-31.

---

3 *a* : le sens de ce passage du *De caelo et mundo* demanderait la suppression de ce mot.

(81) Si totum universum de novo generaretur, necesse esset vacuum esse.
(82) Elementa sunt prima corpora ex quibus constant alia corpora.

**Commentator.**

(83) Qualitates primae elementorum non sunt eorum formae.
(84) Tria fecerunt Avicennam errare in naturalibus, scilicet experientia, confidentia proprii ingenii et ignorantia logicae.
(85) Ex quo ex materia prima aliquod fit, necesse est ipsam situatam esse in universo.

**Sequuntur auctoritates IIII libri De caelo et mundo.**

(86) Extremum caeli dicitur sursum, sed medium dicitur deorsum.
(87) Leve dicitur quod sursum movetur, grave vero quod deorsum.
(88) Ignis est levis, terra vero gravis.
(89) Vacuum nihil est.
(90) Omnia corpora inferiora habent gravitatem praeter ignem.
(91) Medium contrarium est extremo.
(92) Formae est continere, sed materiae est contineri.
(93) Gravia et levia moventur ex se ipsis in sua propria loca, nisi sit impediens. Verum est immediate, quia mediate moventur a generante, vel a removente.

9 esset] est LXPfE 15 ignorantia] ignorantie X 18 libri] *om.* E 26 sit] fuerit W 27 est] et E 28 removente] prohibens *add.* W

---

(81) Arist., *De caelo et mundo*, Γ2, 301 b 33 - 302 a 1.
(82) Arist., *De caelo et mundo*, Γ3, 302 a 12.
(83) Cf. Arist., *De caelo et mundo*, Γ8, 306 b 29-31.
(84) *Locus non inventus.*
(85) *Locus non inventus.*
(86) Arist., *De caelo et mundo*, Δ1, 308 a 15-17, 21, 22-24.
(87) Arist., *De caelo et mundo*, Δ1, 308 a 29-31.
(88) Arist., *De caelo et mundo*, Γ1, 300 a 3-5.
(89) Cf. Arist., *De caelo et mundo*, Γ6, 305 a 21.
(90) Arist., *De caelo et mundo*, Δ4, 311 b 5.
(91) Arist., *De caelo et mundo*, Δ4, 312 a 8-9.
(92) Arist., *De caelo et mundo*, Δ4, 312 a 12-13.
(93) Arist., *De caelo et mundo*, Δ4, 311 b 14-16.
Cf. Arist., *De caelo et mundo*, A7, 276 a 11-12.



**Commentator.**

(94) Agens non habet aeterna, nisi secundum similitudinem in quantum, scilicet agens dicitur forma, finis et conservans.
(95) Agens transmutans materiam ad formam substantialem transmutat ipsam ad accidentia propria illius formae.
(96) Finitatio et terminatio inveniuntur in rebus per suas formas.

**Incipiunt auctoritates super primum librum De generatione.**

(1) Omnium transmutationum habentium ad se invicem eadem est materia.
(2) Pauca respicientes de facili enuntiant.
(3) Generatio est quando totum, scilicet compositum ex materia et forma, transmutatur in totum, nullo subjecto sensibiliter remanente in eodem.
(4) Qualitas symbol<i>, id est sim<ilitudinis>, scilicet in specie et non in numero eadem manet in generato et corrupto.
(5) Ex nihilo nihil fit.
(6) Passiones non sunt separabiles a subjectis.
(7) Generatio unius est corruptio alterius; propter hoc generatio et corruptio sunt aeterna.
(8) Quod non est cognitum, non est ens.

32 ad] et D 36 transmutationum] transmutationem W 40 transmutatur] transmutantur LP 42 symbol<i>] symbola *cod.* sim<ilitudinis>] simul *cod.* 43 manet] manent D 44 fit] sit f 45 Passiones] Passibiles LP

---

(94) *Locus non inventus.*
(95) *Locus non inventus.*
(96) *Locus non inventus.*
(1) Arist., *De generatione et corruptione*, A1, 314 b 29 - 315 a 2.
(2) Arist., *De generatione et corruptione*, A2, 316 a 8-10.
(3) Arist., *De generatione et corruptione*, A4, 319 b 14-17.
(4) Cf. S. Thomas, *In De generatione...*, I, lect. 10, n. 78.
Cf. Arist., *De generatione et corruptione*, A4, 319 b 21-22.
(5) Arist., *De sophisticis elenchis*, 5, 167 b 14-15.
Cf. Arist., *De generatione et corruptione*, A2, 316 a 28-29, b 26-27, 317 b 2-3.
(6) Arist., *De generatione et corruptione*, A10, 327 b 22.
(7) Arist., *De generatione et corruptione*, A3, 318 a 23-25.
(8) Arist., *De generatione et corruptione*, A3, 318 b 23.

---

42 *sim<ilitudinis>* : cette conjecture se justifie par le texte de la citation 31, p. 169, l. 90, dans laquelle se trouve la version suivante : *In habentibus symbolum, id est similitudinem...*

(9) Hyle, id est materia prima, maxime et proprie est subjectum generationis et corruptionis susceptibile, unde subjectum generationis et corruptionis est materia prima.

(10) Materia non est quantitas, sed est illud cujus terminus est quantitas.

(11) Materia numquam separatur ab aliqua forma.

(12) Omne agens naturaliter in agendo repatitur.

(13) Agens et patiens sunt in principio dissimilia et in fine sunt similia, similia in genere, dissimilia vero in specie.

(14) Agens et patiens non agunt, nisi approximata.

(15) Finis non agit nisi metaphorice.

(16) Habitibus praesentibus existentibus in materia cessat omnis motus et transmutatio.

(17) Elementa non manent actu in mixto, sed virtute.

(18) Mixtis est miscibilium alteratorum unio.

**Commentator.**

(19) Omne ens naturaliter est cognitum a nobis et quod non est cognitum a nobis, non est ens naturaliter.

(20) Non est credendum quod ille primus magister, scilicet Aristoteles, aliquid sine forti ratione dixerit.

**Albertus.**

(21) Quid mihi de miraculis divinis cum de rebus naturalibus loquor.

57 similia[2]] *om.* W

(9) Arist., *De generatione et corruptione*, A4, 320 a 2-3.
(10) *Locus non inventus.*
(11) Arist., *De generatione et corruptione*, A5, 320 b 16-17.
(12) Arist., *De generatione et corruptione*, A7, 324 b 9-10.
(13) Arist., *De generatione et corruptione*, A7, 324 a 10-14, 323 b 31-33.
(14) Arist., *De generatione et corruptione*, A6, 322 b 23-24.
Cf. Arist., *De generatione et corruptione*, A8, 326 b 1-2.
(15) Arist., *De generatione et corruptione*, A7, 324 b 14-15.
(16) Arist., *De generatione et corruptione*, A7, 324 b 16-17.
(17) Arist., *De generatione et corruptione*, A10, 327 b 22-26.
(18) Arist., *De generatione et corruptione*, A10, 328 b 22.
(19) Averroes, *In De generatione...*, I, com. 19, p. 31, l. 6-8.
(20) Averroes, *In De generatione...*, I, com. 38, p. 50, l. 1-2.
(21) *Locus non inventus.*

55 Il faudrait ajouter *non* en tête de cette citation pour restituer le sens du texte d'Aristote.



(22) Compositio secunda praesupponit primam compositionem, quia compositio prima est secundae compositionis causa.

(23) Prima compositio est composita ex materia et forma, sed compositio secunda est accidens et subjecti.

**Sequuntur auctoritates II libri De generatione Aristotelis.**

(24) Elementa activa et passiva sunt ad invicem cum subjecto.

(25) Calidum est quod congregat homogenea, in quantum homogenea, id est quae sunt ejusdem generis, et segregat heterogenea, id est quae sunt diversi generis.

(26) Frigidum est quod congregat tam heterogenea quam homogenea.

(27) Humidum est quod male est determinabile termino proprio, bene tamen terminabile termino alieno.

(28) Siccum est quod bene est terminabile termino proprio, male autem termino alieno.

(29) Calidum et frigidum, humidum et siccum sunt primae qualitates elementorum ad quas omnes aliae reducuntur.

(30) Quattuor sunt elementa, scilicet terra quae est frigida et sicca, aqua est frigida et humida, aer est calidus et humidus et ignis qui est calidus et siccus.

(31) In habentibus symbolum, id est similitudinem, facilis est transitus, id est transmutatio.

(32) Facilius est unum transmutare quam multa.

(33) Flamma est fumus ardens.

71 primam compositionem] compositionem primam D 72 secundae] secundum LPfE; secunda D 74 accidens] accidentis W et] *om.* E 75 Aristotelis] *om.* E 76 cum subjecto] subjecto cum L 78 quae] qui LXPf 81-82 proprio bene tamen terminabile termino] *om.* LD 83 Siccum] Dictum L 89 qui] quae fD; *om.* L 90 habentibus] habentious D

(22) *Locus non inventus.*
(23) *Locus non inventus.*
(24) Arist., *De generatione et corruptione*, B2, 329 b 22-24.
(25) Arist., *De generatione et corruptione*, B2, 329 b 26-28.
(26) Arist., *De generatione et corruptione*, B2, 329 b 29-30.
(27) Arist., *De generatione et corruptione*, B2, 329 b 30-31.
(28) Arist., *De generatione et corruptione*, B2, 329 b 31-32.
(29) Arist., *De generatione et corruptione*, B2, 330 a 24-25.
(30) Arist., *De generatione et corruptione*, B3, 330 a 30, b 3-5.
(31) Arist., *De generatione et corruptione*, B4, 331 a 23-26.
(32) Arist., *De generatione et corruptione*, B4, 331 a 25-26.
(33) Arist., *De generatione et corruptione*, B4, 331 b 25-26.

(34) Infinita pertransire est impossibile.

(35) Necesse est corpora mixta per se stare ex elementis omnibus et non ex uno tantum.

(36) Ex eisdem sumus et nutrimur.

(37) Materia est causa quare aliqua possunt esse.

(38) Ignis est contrarius aquae et aer terrae.

(39) Materia est pati, agere vero alicujus potentiae, scilicet formae.

(40) Ignis sine superiori agente quod est caelum deterius agit quam organum artificis sine artifice.

(41) Motus solis et aliorum planetarum in obliquo circulo est causa generationis et corruptionis rerum inferiorum.

(42) Contrariorum contrariae sunt causae.

(43) Idem manens idem semper aptum natum est facere idem.

(44) Generatio et corruptio sunt perpetua.

(45) Adveniente sole animalia redibunt, recedente vero peribunt.

(46) Vita et tempus uniuscujusque numerum habet et mensuratur circa periodo, id est certa revolutione et mensura.

(47) Natura desiderat semper quod melius est.

(48) Melius est esse quam non esse.

97 eisdem] ejusdem LWPE  sumus] sumns f  9 habet] habent W  mensuratur] mensurantur W  10 circa] certa WE  11 de-siderat semper] semper desiderat D  12 Melius est esse quam non esse] *om.* W

---

(34) Arist., *De caelo et mundo*, A4, 272 a 3.
(35) Arist., *De generatione et corruptione*, B8, 334 b 31-32, 335 a 8-9.
(36) Arist., *De generatione et corruptione*, B8, 335 a 10-11.
(37) Arist., *De generatione et corruptione*, B9, 335 a 32-33.
(38) Arist., *De generatione et corruptione*, B8, 335 a 5-6.
(39) Arist., *De generatione et corruptione*, B9, 335 b 29-31, 35.
(40) S. Thomas, *In De generatione...*, II, lect. 9, n. 254 (Ce commentaire a été revu par Pierre d'Auvergne).
Cf. Arist., *De generatione et corruptione*, B9, 336 a 11-12.
(41) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 a 32.
(42) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 a 30-31.
(43) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 a 27-28.
(44) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 a 24-25, b 25-26.
(45) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 b 17-18.
(46) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 b 10-15.
(47) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 b 27-28.
(48) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 b 28-29.

---

00 *alicujus* : le texte d'Aristote est *alterius* et non *alicujus*.



(49) Impossibile est omnia manere eodem numero propter longe distare a primo principio.

(50) Generatio et corruptio perpetuantur circulariter et non secundum rectitudinem.

(51) Quorum substantia deperit, non redeunt eodem numero, sed specie.

**Commentator.**

(52) Concavum orbis lunae est quasi forma ignis.

(53) Tempora anni circulariter currunt propter motum solis circularem.

**Incipiunt auctoritates super primum librum Meteororum.**

(1) Mundus constat ex quattuor elementis.

(2) Totus mundus sensibilis contiguus est lationibus superioribus caeli sensibilis ut inde tota ejus virtus gubernetur.

(3) Motus caeli est perpetuus.

(4) Motus caeli est primus omnium motuum inferiorum.

(5) Corpora caelestia motu suo generant calorem in istis inferioribus; ipsa tamen non recipiunt peregrinas impressiones, quia calefieri non possunt.

13 eodem] idem D  17 redeunt] redennt D  25 contiguus] contignus f  29 motu] moto X  generant] generantur LXPfE

---

(49) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 b 30-31.
(50) Cf. Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 337 a 1-6, B11, 338 a 6-11.
(51) Arist., *De generatione et corruptione*, B11, 338 b 16-17.
(52) Averroes, *In De generatione...*, II, com. 50, p. 139, l. 52-53.
(53) Averroes, *In De generatione...*, II, com. 69, p. 160, l. 37-39.
(1) Cf. Arist., *Meteora*, A2, 339 a 15-16, 19-20.
(2) Arist., *Meteora*, A2, 339 a 21-23.
(3) Arist., *Meteora*, A2, 339 a 25.
Cf. S. Thomas, *In Meteor.*, I, lect. 2, n. 14.
(4) Cf. S. Thomas, *In Meteor.*, I, lect. 2, n. 13.
Cf. Arist., *Meteora*, A2, 339 a 23-24.
(5) Cf. S. Thomas, *In Meteor.*, I, lect. 5, n. 33, 37.
Cf. Arist., *Meteora*, A3, 341 a 17-23, 35-36.

---

13 *eodem* : pour respecter le sens de ce passage du *De generatione et corruptione*, il faudrait corriger *eodem* en *eadem*.

17 *eodem* : à cet endroit du texte d'Aristote, il faudrait également corriger *eodem* en *eadem* pour que le sens soit conforme à l'original.

(6) Aer et ignis moventur circulariter.
(7) Cometa non est stella, sed est quaedam impressio aeris.

**Sequuntur auctoritates II libri Meteororum Aristotelis.**

(8) Dum congelantur nubes fit nix, sed cum vapor congelatur fit pluvia, cum autem congelatur pruina fit grando.
(9) Interiora terrae et etiam animalium in aestate sunt frigida et in hieme sunt calida.
(10) Contrarium circumstans suum contrarium fortificat ipsum per antiperistatim, id est per resistentiam.
(11) Dulce propter levitatem fertur sursum, sed salsum propter gravitatem subtus manet et ergo aqua pluvialis dulcis est, maris autem salsa.

**Sequuntur auctoritates III libri Meteororum Aristotelis.**

(12) Humidum non est sine sicco, nec siccum sine humido.
(13) Aquae magis fluunt de nocte quam de die.
(14) Ventus est vapor terreus aeris superiora transcendens eum percutiendo et fortiter impellens.
(15) Motus terrae causatur ex vapore in terra incluso.

33 Cometa] Commentator LXPfED 34 libri] *om.* E 35 Dum] Cum E 36 congelatur] congelatnr f 40 antiperistatim] anaperistatim W 41 salsum] falsum LWPfD 44 libri] *om.* E Aristotelis] *om.* E 46 Aquae] Aqua LPED 47 transcendens] trancendens D

---

(6) Cf. S. Thomas, *In Meteor.*, I, lect. 5, n. 30.
Cf. Arist., *Meteora*, A3, 340 b 28-29, 341 a 1-3.
(7) Cf. S. Thomas, *In Meteor.*, I, lect. 11, n. 73.
Cf. Arist., *Meteora*, A7, 344 a 16-21.
(8) Arist., *Meteora*, A11, 347 b 22-24.
(9) Cf. Arist., *Meteora*, A12, 348 b 2-5.
(10) S. Thomas, *In Meteor.*, I, lect. 14, n. 109.
Cf. Arist., *Meteora*, A12, 348 b 2-3, 349 a 7-9.
(11) Arist., *Meteora*, B1, 355 a 32-34, b 4-6.
(12) Arist., *Meteora*, B4, 359 b 32-33.
(13) Arist., *Meteora*, B4, 360 a 2-3.
(14) Cf. Arist., *Meteora*, B5, 361 a 30-31.
(15) Arist., *Meteora*, B8, 365 b 22-23, 366 a 4-5.

---

37-38 Le sens de cette citation d'après le texte d'Aristote est valable uniquement pour la terre et pas pour les animaux.



(16) Tonitrus fit ex vapore igneo in ventre nubis incluso qui cum ventrem nubis exire debet ipsum violenter rumpit et strepitum facit sive sonum.

**Sequuntur auctoritates IIII libri Meteororum Aristotelis.**

(17) Qualitates primae elementorum sunt quattuor inter quas duae sunt activae, scilicet frigidum et calidum; duae vero passivae, scilicet humidum et siccum.
(18) Putrefactio est ultima resolutio.
(19) Omnia elementa putrefiunt praeter ignem.
(20) Oppositorum oppositae sunt causae.
(21) Quaecumque a frigido componuntur, a calido resolvuntur et e converso.
(22) Excellentia frigiditatis impedit putrefactionem.
(23) Digestio fit a calido naturali.
(24) Quaecumque liquescunt sunt ad modum aquae.
(25) Omnia corpora ignita et sub igne facta habent calidum in potentia, ut caementum sive calx.
(26) Unumquodque entium naturalium est determinatum ad quandam operationem et in quantum potest dicitur ens, in quantum vero non potest non dicitur ens, ut homo mortuus, non dicitur homo nisi aequivoce et oculus dum potest facere operationem quae est videre dicitur oculus dummodo non potest non dicitur oculus nisi aequivoce, scilicet depictus vel lapideus.

51 rumpit] rumpir W 53 libri] *om.* E Aristotelis] *om.* WPE 54 Qualitates] Ualitates WD quattuor] quatnor f 66 caementum] cementium LfD

---

(16) Arist., *Meteora*, B9, 369 a 25-29.
*Bf.* Petrus de Alvernia, *In Meteor.*, II, lect. 16, n. 245.
(17) Arist., *Meteora*, Δ1, 378 b 10-13.
(18) Airst., *Meteora*, Δ1, 379 a 5-6.
(19) Arist., *Meteora*, Δ1, 379 a 14-15.
(20) Arist., *De generatione et corruptione*, B10, 336 a 30-31.
Arist., *Meteora*, Δ7, 384 b 2-3.
(21) Cf. Arist., *Meteora*, Δ6, 382 b 32 - 383 a 4.
(22) Cf. Arist., *Meteora*, Δ2, 379 a 29-30.
(23) Arist., *Meteora*, Δ2, 379 b 18-19.
(24) Arist., *Meteora*, Δ6, 382 b 28.
(25) Cf. Arist., *In Meteor.*, Δ11, 389 b 3-5.
(26) Cf. Arist., *In Meteor.*, Δ12, 390 a 10-13, 389 b 31.

**Auctoritates super primum librum De anima Aristotelis.**

(1) Scientia est de numero bonorum honorabilium.

(2) Una scientia est melior alia, vel quia est de nobiliori subjecto, vel quia est certior altera et propter hoc utraque scientia de anima est nobilior et melior aliis scientiis naturalibus.

(3) Cognitio de anima utilis est ad omnem veritatem et maxime ad scientiam naturalem.

(4) Anima est tamquam principium omnium animalium.

(5) Aliorum alia sunt principia.

(6) Animal universale, aut nihil est, aut posterius est, quia nihil non est in rerum natura, ut voluit Plato, vel si est tunc posterius est, ut motio rei sive intentio posterior est ipsa re.

(7) Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, id est subjectum sive definitio subjecti.

(8) Omnis demonstrationis principium est quod quid est, id est definitio subjecti.

(9) Omnes operationes quae sunt in anima<t>is sunt totius compositi ex corpore et anima et non ex anima tantum.

(10) Unde nulla operatio animae est propria in qua non communicetur corpori, unde ipsum intelligere non est proprium animae, sed totius conjuncti.

73 super primum librum] ex primo libro W Aristotelis] *om.* E 75 nobiliori] nobilior L 76 est certior] certior est LWPE utraque] *om.* W 77 scientiis] *om.* D 82 est[2]] singulis id est *add.* W 83 est tunc] tunc est LWP 86 sive] id est D 89 anima<t>is] animalis *cod.*

(1) Arist., *De anima*, A1, 402 a 1.
(2) Arist., *De anima*, A1, 402 a 1-4.
(3) Arist., *De anima*, A1, 402 a 4-6.
(4) Arist., *De anima*, A1, 402 a 6-7.
(5) Arist., *De anima*, A1, 402 a 21-22.
(6) Arist., *De anima*, A1, 402 b 7-8.
Cf. S. Thomas, *In De anima*, I, lect. 1, n. 13.
(7) Arist., *De anima*, A1, 402 b 21-22.
(8) Arist., *De anima*, A1, 402 b 25-26.
(9) Cf. Arist., *De anima*, A1, 403 a 3-4, 16-17.
(10) Cf. Arist., *De anima*, A1, 403 a 7-8, 10-12.

89 *animatis* : nous avons corrigé la leçon *animalis* des incunables parce que grammaticalement cette dernière ne pouvait pas s'expliquer.



(11) Intellectus vel est phantasia, vel non est sine phantasia.

(12) Triplex est definitio : una quae datur ad materiam tantum, ut cum dicitur domus est quid constans ex lapidibus et lignis; alia est quae datur per formam tantum, ut cum dicitur domus est quoddam cooperimentum defendens nos a caumatibus et imbribus; tertia quae datur per utrumque, scilicet cum dicitur domus est cooperimentum quoddam defendens nos a caumatibus et imbribus constans ex lapidibus et lignis.

(13) Naturalis definit per materiam tantum, vel per materiam et formam simul. Impossibile est corpora animalium resurgere.

(14) Dicere animam gaudere vel tristari simile est ac si quis dicat eam texere vel aedificare.

(15) Si senex haberet oculos ut juvenis, videret ut juvenis.

(16) Intellectus est quid divinum, impassibile et incorruptibile.

(17) Melius est dicere quod homo intelligat per animam quam quod anima intelligat per hominem. Intelligere nostrum corrumpitur aliquo interius corrupto, scilicet phantasia.

(18) Oportet artificem uti organis, animam vero corpori.

(19) Non quaelibet anima potest intrare quodlibet corpus, sed quaelibet anima requirit proprium corpus.

(20) Anima secundum Platonem est res manens se ipsam movens.

94 vel[1]] non D 95 definitio] distinctio W 96 quid] quoddam LWPE 98 quoddam] constans ex lapidibus *add.* L 99 utrumque] utrnnque P; utrimque L 4 vel] ver L dicat] dicit L 7 impassibile] impossibile L 10 corrupto] incorrupto LWPD 11 corpori] *om.* L 14 manens] *om.* W se ipsam] seipsum LXPfED

(11) Cf. Arist., *De anima*, A1, 403 a 8-9.
(12) Arist., *De anima*, A1, 403 b 3-7.
(13) Cf. Arist., *De anima*, A1, 403 b 7-9, 11-12.
Cf. Arist., *De anima*, A3, 406 b 4-5.
Cf. S. Thomas, *In De anima*, I, lect. 6, n. 81.
(14) Arist., *De anima*, A4, 408 b 11-13.
(15) Arist., *De anima*, A4, 408 b 21-22.
(16) Arist., *De anima*, A4, 408 b 29-30.
(17) Arist., *De anima*, A4, 408 b 13-15, 24-25.
(18) Cf. Arist., *De anima*, B1, 412 a 27 - b 4, 412 b 11-12.
(19) Arist., *De anima*, B2, 414 a 19-27.
(20) Arist., *De anima*, A4, 408 b 32-33.

14 *res manens se ipsam movens* : cette citation semble transmettre une version corrompue du texte d'Aristote *numerus seipsum movens* (d'après la traduction de Guillaume de Moerbeke).

(21) Rectus est judex sui et obliqui.
(22) Egrediente anima a corpore corpus marcescit et exspirat.

**Commentator.**

(23) Artes non differunt a se invicem, nisi vel demonstrationis confirmatione, vel nobilitate subjecti, vel utroque modo.
(24) Subjectum scientiae de anima nobilius est subjectis aliarum scientiarum et demonstratio ejus magis est firma et ideo praecedit alias scientias.
(25) Animalia sunt nobilissima corpora generabilium et corruptibilium.
(26) Actus et potentia sunt differentiae maxime oppositae et reperiuntur in unoquoque praedicamento.
(27) Intellectus agens causat universalitatem in rebus.
(28) Intellectus secundum Aristotelis scientiam est abstractus a corpore et tamen impossibile est ut intelligat aliquid sine imaginatione.
(29) Membra leonis non differunt a membris cervi, nisi propter diversitatem animae leonis ab anima cervi.

**Themistius.**

(30) Cum multa sunt dicta Aristotelis quae utique aliquis mirabitur magis omnibus mirari convenit negotium de anima.
(31) Si veritatem de anima cognovimus, valde introductorium est nobis ad omnem veritatem. Nam ad omnes partes philosophiae insignes dat occasiones.

15 Rectus] Rectum LWXPfD  20 nobilius] nobilior LXPfED  21 est] et LWXPf
28 abstractus] abstrascus X  36 introductorium] introductorum LW

---

(21) Arist., *De anima*, A4, 411 a 5-6.
(22) Arist., *De anima*, A5, 411 b 8-9.
(23) Averroes, *In De anima*, I, com. 1, p. 4, l. 13-16.
(24) Averroes, *In De anima*, I, com. 1, p. 4, l. 22-24.
(25) Averroes, *In De anima*, I, com. 2, p. 5, l. 22-23.
(26) Averroes, *In De anima*, I, com. 6, p. 10, l. 20-21.
(27) Averroes, *In De anima*, I, com. 8, p. 12, l. 25-26.
(28) Averroes, *In De anima*, I, com. 13, p. 19, l. 28-31.
(29) Averroes, *In De anima*, I, com. 53, p. 75, l. 17-19.
(30) Themistius, *In De anima*, I, p. 1, 8-10.
(31) Themistius, *In De anima*, I, p. 2, 31-33.



(32) Anima se ipsam cognoscens digna est de aliis fidem facere, sed si ipsa decepta fuerit de quo tunc fidem facere putabitur quasi dicat de nullo.
(33) Nihil est otiosum in natura, sed unicuique enti est opus attributum.
(34) Genus est quidam conceptus summatim collectus ex similitudine singularium.
(35) Intellectu nihil est divinius.
(36) His qui secundum apparentias poeticas recipiunt fabulas nihil videtur esse derisibilius sicut nec in his qui occultum quaerunt intellectum in eis.

**Sequuntur auctoritates II libri De anima Aristotelis.**

(37) Triplex est substantia rerum, scilicet materia, forma et compositum.
(38) Materia est potentia, forma vero actus.
(39) Duplex est actus, scilicet primus et secundus : primus ut scientia, secundus ut speculari secundum scientiam.
(40) Naturalia sunt principia artificialium.
(41) Anima est actus corporis organici physici vitam habentis in potentia, scilicet ad opera vitae.
(42) Anima est substantia, id est forma substantialis corporis.
(43) Non oportet quaerere utrum ex anima et corpore fiat unum et universaliter ex materia et forma.
(44) Si oculus esset animal, visus esset utique anima ejus.

45 Intellectu] Intellectum L  47 derisibilius] derisibilibus LWP  in] *om.* E
50 Triplex] Riplex WD  54 scientiam] scientam E

---

(32) Themistius, *In De anima*, I, p. 3, 38-40.
(33) Themistius, *In De anima*, I, p. 14, 21-22.
(34) Themistius, *In De anima*, I, p. 8, 22, p. 9, 1.
(35) Themistius, *In De anima*, I, p. 25, 92-93.
(36) Themistius, *In De anima*, II, p. 66, 20-22.
(37) Arist., *De anima*, B1, 412 a 6-9, B2, 414 a 14-16.
(38) Arist., *De anima*, B1, 412 a 9-10.
(39) Arist., *De anima*, B1, 412 a 10-11.
(40) S. Thomas, *In De anima*, II, lect. 1, n. 218.
Cf. Arist., *De anima*, B1, 412 a 12-13.
(41) Arist., *De anima*, B1, 412 a 19-22, 27-28, b 5-6.
(42) Arist., *De anima*, B1, 412 a 19-20.
(43) Arist., *De anima*, B1, 412 b 6-8.
(44) Arist., *De anima*, B1, 412 b 18-19.

(45) Animatum differt ab inanimato in vivendo.

(46) Vivere dicitur quadrupliciter, scilicet vegetare, sentire, intelligere et moveri secundum locum et si unum istorum alicui inest, hoc dicitur vivere.

(47) Anima movet corpus ad omnem differentiam positionis, scilicet sursum, deorsum, sinistrorsum, dextrorsum, ante et retro.

(48) Animal est animal propter sensum tactus.

(49) Anima est principium quo primo et principaliter vivimus, intelligimus, sentimus et movemur secundum locum.

(50) Quattuor sunt potentiae animae principales, scilicet vegetativa, sensitiva et secundum locum motiva et intellectiva. Hae sic se habent ad invicem quod vegetativa potest esse absque sensitiva, ut patet in plantis, et non e converso, et sensitiva sine motiva secundum locum manet, ut patet in quibusdam animalibus conchylibus, et non e converso, et tam secundum locum motiva quam sensitiva possunt esse sine intellectiva, ut patet in animalibus brutis, et non e converso.

(51) In plantis est una anima in actu, sed multae in potentia, et ideo partes eorum abscisae vivunt.

(52) Intellectus separatur ab aliis potentiis animae sicut perpetuum a corruptibili.

(53) Non solum scimus scientia, sed etiam anima et etiam non solum sanamur sanitate, sed sanamur corpore.

(54) Unde non solum omnis comparatio dependet a forma, sed etiam dependet a materia, principalius tamen dependet a forma.

64 moveri] movere LD    69-70 intelligimus] intellgimus W    70 movemur] movetur LXPfE    79 una anima] anima una LWPE    multae] sunt *add.* E    80 eorum] earum W    83 etiam[2]] entia LWPf    84 corpore] copore f

---

(45) Arist., *De anima*, B2, 413 a 21-22.
(46) Arist., *De anima*, B2, 413 a 22-25.
(47) S. Thomas, *In De anima*, II, lect. 3, n. 257.
Cf. Arist., *De anima*, B2, 413 b 1-5.
(48) Arist., *De anima*, B2, 413 b 1-5.
(49) Arist., *De anima*, B2, 414 a 12-13.
Cf. Arist., *De anima*, B2, 413 a 21-25.
(50) Cf. Arist., *De anima*, B3, 414 a 29 - b 2, 415 a 1-10.
(51) Arist., *De anima*, B2, 413 b 16-19.
(52) Arist., *De anima*, B2, 413 b 26-27.
(53) Arist., *De anima*, B2, 414 a 4-8.
(54) Cf. Arist., *De anima*, B3, 414 a 12-14.



(55) Actus activorum sunt in patiente praedisposito.

(56) Potentiae cognoscuntur per actus, actus vero per objecta.

(57) Naturalissimum enim operum est in omnibus viventibus quaecumque perfecta sunt et non orbata et quae generationem non habent spontaneam generare sibi simile ut esse divinum et immortale participant secundum id quod possunt.

(58) Nihil de numero corruptibilium contingit idem numero manere semper tamen potest unum permanere in specie per generationem.

(59) Scientia est universalium.

(60) Universalia sunt in anima, sed particularia sunt extra animam.

(61) Anima intelligit quando vult, sed non sentit quando vult, quia objectum intellectus est in anima, ut universale, objectum sensus est extra animam, ut particulare.

(62) Duplex est sensibile, scilicet per se et per accidens : per accidens ut aliqua substantia particularis, ut Diarii filius.

(63) Sensibile per se est duplex, scilicet commune et proprium.

(64) Communia sensibilia sunt quinque, scilicet magnitudo, motus, quies, numerus et figura. Sed proprium est quod per se sentitur ab uno sensu, ut color a visu, et sic de singulis.

(65) Quinque sunt sensus, scilicet visus, auditus, odoratus, tactus et gustus.

(66) Sensus non decipitur circa proprium objectum.

94 tamen potest] potest tamen XE    specie] spetie X    1 per accidens] *om.* LX
2 Diarii] Dyarii Xf; Darii D

---

(55) Arist., *De anima*, B2, 414 a 11-12.
(56) S. Thomas, *In De anima*, II, lect. 6, n. 308.
Cf. Arist., *De anima*, B4, 415 a 16-21.
(57) Arist., *De anima*, B4, 415 a 26 - b 1.
(58) Arist., *De anima*, B4, 415 b 3-7.
(59) Arist., *De anima*, B5, 417 b 22-23.
(60) Arist., *De anima*, B5, 417 b 23-24, 27-28.
(61) Arist., *De anima*, B5, 417 b 22-28.
(62) Arist., *De anima*, B6, 418 a 8-9, 20-21.
(63) Arist., *De anima*, B6, 418 a 9-11.
(64) Arist., *De anima*, B6, 418 a 11-20.
(65) Arist., *De anima*, Γ1, 424 b 22-24.
(66) Arist., *De anima*, B6, 418 a 14-15.

(67) Color est visibilis per se, lumen est actus diaphoni secundum quod diaphonum.

(68) Diaphonum est aliquod corpus perspicuum, ut aer et aqua et corpus caeleste. Lumen nec est corpus, nec est fluxus corporis.

(69) Impossibile est duo corpora esse in eodem loco.

(70) Illuminatio non fit successive et in tempore, sed fit in instanti.

(71) Tenebra est privatio luminis.

(72) Color non est visibilis sine lumine.

(73) Sensibile positum extra sensum non facit sensationem.

(74) Sonus causatur ex collisione corporum aerem violenter frangentium.

(75) Echo est sonus secundario factus ex repercussione soni prius facti.

(76) Vox est sonus animati tantum.

(77) Vox est repercussio aeris inspirati ad vocalem arteriam cum imagine significandi.

(78) Inanimatum nullum vocat.

(79) Linguae congruunt duo officia seu opera naturae, scilicet in gustum et loquelam.

(80) Homo prave odorat et odoratum habet peiorem multis animalibus, similiter et gustum, sed tactum certiorem omnibus animalibus.

19-20 frangentium] fragentium LE 25 nullum] nulli L vocat] vocale est W 26-27 in gustum et loquelam] gustus et loquela W 28 peiorem] preiorem D

(67) Arist., *De anima*, B7, 418 a 29-30, b 9-10.
(68) Arist., *De anima*, B7, 418 b 4-7, 13-15.
(69) Arist., *De anima*, B7, 418 b 17.
(70) S. Thomas, *In De anima*, II, lect. 14, n. 410.
Cf. Arist., *De anima*, B7, 418 b 23-26.
(71) Arist., *De anima*, B7, 418 b 18-19.
(72) Arist., *De anima*, B7, 419 a 7-9.
(73) Arist., *De anima*, B7, 419 a 12-13, 26-27, 30-31.
(74) Arist., *De anima*, B8, 419 b 19-22.
(75) Arist., *De anima*, B8, 419 b 25-27.
(76) Arist., *De anima*, B8, 420 b 5-6.
(77) Arist., *De anima*, B8, 420 b 27-33.
(78) Arist., *De anima*, B8, 420 b 5-6.
(79) Arist., *De anima*, B8, 420 b 16-18.
(80) Arist., *De anima*, B9, 421 a 9-11, 18-21.

10, 11, 12 *diaphonum* : il faudrait conjecturer *diaphanum* pour que ces citations aient un sens. Cependant comme on retrouve encore cette leçon *diaphonum* dans quatre autres passages du florilège (6, 123 ; 6, 321 ; 7, 36 ; 7, 38) dans le sens de *diaphanum*, nous avons préféré conserver la version des incunables.

18 *extra* : le sens de ce passage d'Aristote demanderait la leçon *supra* à la place de *extra*.



(81) Anima est causa corporis viventis in genere triplicis causae, scilicet formalis, finalis et efficientis.

(82) Duplex est finis, scilicet finis gratia cujus et finis gratia quo, id est finis intra et finis extra.

(83) Nihil proprie nutritur naturaliter, nisi vivum.

(84) Tres sunt potentiae animae vegetativae, scilicet nutritiva, augmentativa et generativa.

(213) Principium generationis pulli est ex albo ovi, quia principium animae ex calido, cibus autem est ex vitello.

(214) Natura posuit avibus cibum in ovo, scilicet vitellum, quemadmodum animalibus lac in mamillis.

(215) Generatio animalium ex sua specie est diversa.

(216) Quod in animalibus magis est intelligentius magis habet sollicitudines circa filios.

(217) Non est consuetudinis quod mares sint solliciti circa filios, sed feminae.

**Sequuntur auctoritates XV libri Aristotelis De animalibus.**

(218) Natura dat instrumentum et operationem simul, quia visus sine oculo esse non potest, nec oculus sine visu.

56 humorum] humor L 59 earum] eorum *cod.* transit] crescit E 60 semine] femine LWXD 72 libri] *om.* E Aristotelis] *om.* E Aristotelis De animalibus] De animalibus Aristotelis X 73 Natura] Atura WD

(207) Arist., *De gen. animalium*, Γ11, 761 a 33-34.
(208) Arist., *De gen. animalium*, β6, 742 b 35-36.
(209) Arist., *De gen. animalium*, Γ1, 749 b 26-28.
(210) Arist., *De gen. animalium*, Γ1, 750 a 21-23, 25-26.
(211) Arist., *De gen. animalium*, Γ1, 750 b 26-32.
(212) Arist., *De gen. animalium*, Γ1, 751 a 30-31.
(213) Arist., *De gen. animalium*, Γ1, 751 b 4-7.
(214) Arist., *De gen. animalium*, Γ2, 752 b 19-23.
(215) *Locus non inventus.*
(216) Arist., *De gen. animalium*, Γ2, 753 a 8-9, 11.
(217) Arist., *De gen. animalium*, Γ10, 759 b 5-7.
(218) Arist., *De gen. animalium*, Δ1, 766 a 5-6, 7-9.



(219) Sol facit aestatem et hiemem omni anno.

(220) Spatia impraegnationis et vitae animalium sunt secundum revolutionem lunae.

(221) Viri multorum pilorum apud coxas in parte inferiori sunt multi coitus.

(222) Cibus non est nisi dulce et valde digestum.

(223) Quicquid modicum est cito digeritur.

(224) Materia qua fit generatio est eadem cum materia qua cibatur generatio.

(225) Si homo habet simul membrum maris et mulieris, unum illorum est principale.

(226) Mulier super omnes feminas diligit coitum valde.

(227) In hominibus citius formantur mares in ventre quam mulieres, quia femina est contraria mari naturaliter.

(228) Animalia magni corporis unum generant filium tantum, parvi vero corporis multos, quia in magnis cibus transit ad nutrimentum corporis et ideo modicum spermatis manet in eis.

(229) Ex uno coitu spermatizantis multum, cum sperma dividitur, generantur multi filii.

(230) Menstruum mulieris magis accidit in diminutione lunae, quia illi dies sunt frigidiores aliis diebus mensis propter diminutionem lunae.

(231) Feminae debiliores sunt maribus, quia frigidioris sunt naturae.

(232) In animalibus generantibus multos filios plus accidit m<o>nstruositas et maxime in maribus.

80 nisi] *om.* W 84 mulieris] mulier LD 89 parvi] pauci LWPfD 91 ideo] ido L 93 multi] muiti W 98-99 m<o>nstruositas] menstruositas *cod.*

(219) Arist., *De gen. animalium*, Δ2, 767 a 5-6.
(220) Cf. Arist., *De gen. animalium*, Δ10, 777 b 16-21, 26-27.
(221) Arist., *De gen. animalium*, Δ5, 774 a 36 - b 2.
(222) Arist., *De gen. animalium*, Δ8, 776 a 28-29.
(223) Arist., *De gen. animalium*, Δ8, 777 a 3.
(224) Arist., *De gen. animalium*, Δ8, 777 a 5-6.
(225) Cf. Arist., *De gen. animalium*, Δ4, 773 a 20-24.
(226) Cf. Arist., *De gen. animalium*, Δ5, 773 b 25.
(227) Cf. Arist., *De gen. animalium*, Δ6, 775 a 6-8.
(228) Arist., *De gen. animalium*, Δ4, 771 a 27-31.
(229) Arist., *De gen. animalium*, Δ4, 772 a 19-21.
(230) Arist., *De gen. animalium*, Δ2, 767 a 1-5.
(231) Arist., *De gen. animalium*, Δ6, 775 a 14-15.
(232) Cf. Arist., *De gen. animalium*, Δ6, 775 a 4-5.

**Sequuntur auctoritates XVI libri Aristotelis De animalibus.**

(233) Embryo in prima sui generatione vivit vita simili vitae plantae.

(234) Pili decalvati non redeunt, folia vero arborum et plumae avium redeunt, quia calvities est propter mutationem aetatis et defectum humidi radicalis quae irrevocabilis est, casus vero foliorum et plumae est propter mutationem temporum quorum reditus est circularis.

(235) Homines tantum calvescunt et non animalia, quia homo habet de cerebro valde multum et humidum.

(236) Homo tantum calvescit in anteriori parte capitis, quia illic est cerebrum valde multum.

(237) Non fluunt folia de arboribus in quibus est humor pinguis.

(238) In animalibus color pilorum est secundum colorem cutis, in homine vero non, quia quidam homines habent coreum valde album et nigros crines cujus causa est quia cutis hominis est valde tenuis respectu aliorum animalium et ideo non mutant materiam pilorum.

(239) Animalia comedentia dulces cibos diversificantur in coloribus.

(240) Multa animalia in infirmitate mutant colorem et ideo corvus visus est albus et passer albus.

(241) Digestio fit ex calore.

00 libri] *om.* E  Aristotelis] *om.* E  Aristotelis De animalibus] De animalibus Aristotelis X  1 Embryo] Mbryo WD  vita] viva W  simili] similiter W  4 irrevocabilis] irrenocabilis f  foliorum] filiorum LWXD  9 illic] ille L  12 color pilorum] pilorum color L  cutis] id est *add.* D

(233) Arist., *De gen. animalium*, E1, 778 b 34-35.
(234) Albertus Magnus, *De animalibus*, p. 1262, l. 1-6.
Cf. Arist., *De gen. animalium*, E3, 784 a 11-19, 783 b 17-18.
(235) Arist., *De gen. animalium*, E3, 783 b 36 - 784 a 4.
(236) Arist., *De gen. animalium*, E3, 783 b 36 - 784 a 1-3.
(237) Arist., *De gen. animalium*, E3, 783 b 19-20.
(238) Arist., *De gen. animalium*, E5, 785 b 2-3, 6-10.
(239) Albertus Magnus, *De animalibus*, p. 1268, l. 16-21.
Cf. Arist., *De gen. animalium*, E6, 786 a 34-35.
(240) Albertus Magnus, *De animalibus*, p. 1267, l. 9-14.
Cf. Arist., *De gen. animalium*, E6, 785 b 33-35.
(241) Arist., *De gen. animalium*, E6, 786 a 17.

15 *mutant* : la leçon correcte devrait être normalement *mutat.*
17 *dulces* : il faudrait probablement remplacer *dulces* par *diversos* dans ce passage, pour respecter le sens du texte d'Aristote.



(242) Oculus eminens et extensus non bene videt a remotis, sed oculus profundus bene videt remota, quia ejus motus non dividitur, nec consumitur.

(243) Acumen et bonitas sensus distinguitur duobus modis, vel in sentiendo remote, vel distinguendo differentias astrorum.

(244) Somnus videtur esse medium inter esse et non esse, inter vivere et non vivere.

(245) Puberes plus delectantur in coitu quam cetera aetas et quanto plus assuescunt, tanto plus appetunt.

(246) Cerebrum est magis frigidum quam totum corpus.

**Sequuntur auctoritates De substantia orbis et lunae.**

(1) Illud quod compositum est ex se, compositum est ex duabus naturis, scilicet recipiente motum et agente motum.

(2) In individuis substantiae duplex est transmutatio.

(3) Una est substantialis quae transmutat ea nomine et definitione; quae transmutatio dicitur generatio vel corruptio.

(4) Alia est transmutatio accidentalis quae nec transmutat ea nomine et definitione, sed tantum secundum dispositiones accidentales quae sunt qualitas, quantitas et sic de aliis.

(5) Quod impossibile est, fieri non potest.

(6) Impossibile est unum subjectum plures quam unam formam habere.

(7) Materia substantivatur per posse et hoc est quod recipit omnes formas.

21 videt] *add.* a E  motus] visus E  29 plus] plura W  32 Illud] Llud WD  se] compositum est ex se *add.* L  34 In] *om.* Lf  individuis] dividuis XPE  37 nec] non D  39 qualitas, quantitas] quantitas, qualitas D  43 substantivatur] substantiatur LPXfED

(242) Cf. Arist., *De gen. animalium*, E1, 780 b 35 - 781 a 2.
(243) Arist., *De gen. animalium*, E1, 780 b 15-17.
(244) Arist., *De gen. animalium*, E1, 778 b 27-30.
(245) Albertus Magnus, *De animalibus*, p. 676, l. 25-27.
(246) Arist., *De gen. animalium*, E3, 783 b 28-29.
(1) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 C.
(2) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 G-H.
(3) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 H.
(4) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 H.
(5) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 K.
(6) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 K.
(7) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 L.

24 *sensus* : la leçon *visus* serait plus correcte à cet endroit.

(8) Unde materia nihil est in actu, nec est etiam aliquam formam in sui natura includens, sed dumtaxat est in potentia ad recipiendum omnes formas.
(9) Formae naturales dividuntur divisione materiae.
(10) Divisio non competit substantiae, nisi ut habet quantitatem.
(11) Dimensiones interminatae praecedunt formam in materia, sed dimensiones terminatae sequuntur formam in materia.
(12) Omne quod advenit enti in actu est accidens.
(13) Omne quod substat in ratione substantis primi, substat in ratione materiae.
(14) Impossibile est formam esse sine materia et non e converso.
(15) Materia non recipit diversas formas, nisi quia prius recepit dimensiones interminatas.
(16) Anima caeli conjungitur caeli esse, sed secundum operationem et motum.
(17) In caelestibus idem est efficiens motum et finis motus.
(18) Impossibile est illud ut, quod de se est corruptibile, recipiat aeternitatem ab alio.
(19) Materia caeli est aliquid existens in actu et non in potentia et ideo dignius dicitur subjectum quam materia.
(20) Finis significat agens significatione necessaria, sicut motus significat ipsum movens.
(21) Quicquid convenit caelestibus in istis inferioribus, hoc convenit eis pure et aequivoce, vel analogice secundum prius et posterius.

46 natura] naturam LWPE 49 habet] habeat D 56 recepit] recipit LXfD 58 caeli] non *add.* f sed] scilicet E 62 alio] alia L 68 et[1]] *om.* W

---

(8) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 L.
(9) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 M.
(10) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 3 M-4A.
(11) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 4 A.
(12) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 4 A.
(13) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 4 A-B.
(14) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 4 D.
(15) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 5 C-D.
(16) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 5 H.
(17) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 5 G.
(18) Averroes, *De substantia orbis*, 1, f. 5 K.
(19) Averroes, *De substantia orbis*, 2, f. 6 G-H.
(20) Averroes, *De substantia orbis*, 2, f. 6 M.
(21) Averroes, *De substantia orbis*, 2, f. 7 G.



(22) Transmutatio arguit materiam, operatio vero formam.
(23) Primus motor dat omnibus entibus esse et vivere.
(24) Virtus infinita est duplex, scilicet infinita in vigore et infinita in duratione.
(25) Virtus movens caelum est infinita in duratione, non autem in vigore.

**Sequuntur auctoritates Libri causarum Aristotelis.**

(1) Omnis causa primaria plus influit causatum suum quam causa secundaria.
(2) Quicquid potest causa secunda, potest et causa prima, nobiliori et altiori tamen modo.
(3) Quicquid est causa causae, etiam est causa causati.
(4) Omnis anima nobilis habet tres operationes, quia in ea est operatio intellectualis et divina.
(5) Prima causa est semper causa omnium narratione.
(6) Causae secundae illuminantur a lumine primae causae.
(7) Intelligentia est substantia quae non dividitur.
(8) Omnis intelligentia fixa est essentia propter bonitatem puram quae est causa prima, unde causa prima est pura bonitas.
(9) Prima causa non habet aliquod hyliachim, id est materiale. sed omnis intelligentia et anima habet hyliachim.

70 motor] motus LWXPfD 71 et] *om.* E 73 autem] *om.* L 76 Omnis] Mnis WD influit] in *add.* W 81 operatio] sensualis *add.* W 82 intellectualis] intectualis E 83 Prima] Pima D 88 aliquod] aliquid D

---

(22) Averroes, *De substantia orbis*, 2, f. 7 H-I.
(23) Averroes, *De substantia orbis*, 3, f. 10 I.
(24) Averroes, *De substantia orbis*, 3, f. 9 G.
(25) Averroes, *De substantia orbis*, 3, f. 9 H.
(1) Anonymus, *Liber De causis*, I 1, 1-2.
(2) Anonymus, *Liber De causis*, I 14, 49-52.
(3) Anonymus, *Liber De causis*, I 16, 57-58.
(4) Anonymus, *Liber De causis*, III 27, 98-100.
(5) Anonymus, *Liber De causis*, V 57, 22.
(6) Anonymus, *Liber De causis*, V 57, 26-27.
(7) Anonymus, *Liber De causis*, VI 64, 65.
(8) Anonymus, *Liber De causis*, VIII 79, 47-48.
(9) Anonymus, *Liber De causis*, VIII 90, 98-3.

(10) Omnis intelligentia plena est formis, id est speciebus intelligibilibus.
(11) Quanto aliquid est propinquius primae causae, tanto est simplicius.
(12) Quicquid recipitur ab alio recipitur per modum rei accipientis et non receptae.
(13) Omnis virtus unita fortior est se ipsa dispersa.
(14) Causa prima regit omnes res creatas, praeter hoc quod commiscetur cum eis.
(15) Causa prima influit bonitatem suam omnibus rebus uno influxu, sed res non recipiunt illam bonitatem aequaliter, sed secundum capacitatem naturae.
(16) Causa prima est dives per se ipsam.
(17) Causa prima est super omne nomen quod nominari potest.
(18) Omnis intelligentia divina facit res per hoc quod est intelligentia et regit eas per hoc quod ipsa est divina, unde habemus quod regere est divinum.
(19) Causa prima existit in omnibus rebus secundum dispositionem unam, sed omnia non consistunt in prima causa secundum dispositionem unam, sed secundum multas.

**Sequuntur auctoritates super primum librum Ethicorum Aristotelis.**

(1) Omnia bonum appetunt.
(2) Cognitio finis utilis est in arte.

90 plena est] est plena XfD  92 aliquid] aliquis LWPfED  00 res] *om.* E  recipiunt] recipit E  2 Causa ... ipsam] *om.* L  10 Sequuntur] *om.* E  Aristotelis] *om.* E  11 Omnia] Mnia WD  12 arte] actu E

---

(10) Anonymus, *Liber De causis*, IX 92, 8.
(11) Anonymus, *Liber De causis*, IX 96, 29-30.
(12) Anonymus, *Liber De causis*, IX 99, 46-49.
(13) Anonymus, *Liber De causis*, XVI 138, 15-16.
(14) Anonymus, *Liber De causis*, XIX 155, 97-98.
(15) Anonymus, *Liber De causis*, XIX 157, 7-11.
(16) Anonymus, *Liber De causis*, XX 162, 48-49.
(17) Anonymus, *Liber De causis*, XXI 166, 68-69.
(18) Anonymus, *Liber De causis*, XXII 172, 90-93.
(19) Anonymus, *Liber De causis*, XXIII 176, 20-24.
(1) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A1, 1094 a 3.
(2) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A1, 1094 a 22-24.



(3) Unusquisque quod cognoscit bene judicat.
(4) Nihil differt aetate puer et moribus puerilis.
(5) Bonum quanto communius, tanto divinius.
(6) Conscii propriae ignorantiae admirantur omnes.
(7) Sermones inquirendi sunt secundum materiam de qua sunt.
(8) In infortuniis virtus refulget.
(9) Duobus existentibus amicis sanctum est praehonorare veritatem, quamvis, secundum Stratium, justum sit honorare amicum.
(10) Honor magis est in honorante quam in honorato.
(11) Felicitas est perfectio animae secundum virtutem perfectam. Sicut una hirundo non facit ver, nec una dies calida aestatem, sic nec una dies vel modicum tempus facit hominem felicem.
(12) Principia maxime valent ad subsequentia.
(13) Principium plus est quam dimidium totius.
(14) Bona animae maxime sunt bona.
(15) Omnia vera vero consonant.

14 moribus] motibus W  15 Bonum] de *add.* LXPfE  divinius] dininius f  16 Conscii] Consocii E  20 Stratium] Stracium X  21 quam] quod L  27 maxime] maxima E  28 vera] *om.* LWXP

---

(3) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A1, 1094 b 27-28.
(4) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A1, 1095 a 6-7.
(5) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A1, 1094 b 7-10.
(6) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A2, 1095 a 25-26.
(7) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B2, 1104 a 3.
(8) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A11, 1100 b 30-32.
(9) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A4, 1096 a 16-17.
(10) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A3, 1095 b 24-25.
(11) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A6, 1098 a 15-17, 18-20.
(12) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A7, 1098 b 6.
(13) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A7, 1098 b 6-7.
(14) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A8, 1098 b 14-15.
(15) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A 8, 1098 b 10-11.

---

20 *Stratium* : il s'agit évidemment d'Eustrate, mais nous avons préféré maintenir la leçon des incunables. La seconde partie de la citation ne se trouve pas dans le texte d'Aristote.

(16) Unicuique delectabile est istud quod amat.
(17) Melior est usus rei quam possessio.
(18) Impossibile est indigentem operari bona.
(19) Non omnino felix est qui specie turpissimus est et sine prole.
(20) Felix est sine vituperio sicut tetragonus.
(21) Finem laudamus, sed ea quae sunt ad finem honoramus.
(22) Felicitas est praemium virtutis.
(23) Felix non differt a misero, nisi per dimidium vitae.
(24) Nullus est bonus vel malus per somnum.
(25) Ratio semper deprecatur ad optima.

**Sequuntur auctoritates II libri Ethicorum Aristotelis.**

(26) Ex actibus multum iteratis fit habitus.
(27) Non parum differt sic vel sic, id est bene vel male puerum in juventute assuesci immo multum.
(28) In obscuris oportet uti apertis testimoniis.
(29) Exercitium temperatum conservat sanitatem.
(30) Fortiter comedere facit fortiter laborare.
(31) Circa voluptates et tristitias est virtus moralis.

29 istud] illud W 33 tetragonus] tetrogonus L 36 differt] differat LWXPf 40 Ex] X WED

---

(16) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A9, 1099 a 8-9.
(17) S. Thomas, *In Ethicorum...*, I, lect. 12, n. 152.
Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A9, 1098 b 31 - 1099 a 7.
(18) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A9, 1099 a 32-33.
(19) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A9, 1099 b 3-4.
(20) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A11, 1100 b 21-22.
(21) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A12, 1102 a 1-4, 1101 b 12-18.
(22) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A10, 1099 b 16-18.
(23) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A13, 1102 b 6-7.
(24) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A13, 1102 b 5-6.
(25) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, A13, 1102 b 15-16.
(26) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B1, 1103 b 21-22.
(27) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B1, 1103 b 23-25.
(28) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B2, 1104 a 13-14.
(29) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B2, 1104 a 16-18.
(30) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B2, 1104 a 31-32.
(31) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B2, 1104 b 8-9.

---

34 Le texte d'Aristote dit exactement l'inverse de cette citation.



(32) Medicinae fiunt per contrarium.
(33) Circa difficilia semper est ars et virtus.
(34) Tria sunt in anima : possessiones, potentiae et habitus seu virtus.
(35) Passio non est virtus, quia secundum passionem, nec laudamur, nec vituperamur.
(36) Virtus non est potentia, quia potentes sumus per naturam.
(37) Virtus est habitus, quia habentem se perficit et opus ejus laudabile reddit.
(38) Omnis virtus consistit in medio, scilicet inter defectum et excessum.
(39) Virtus certior est et melior omni arte.
(40) Malum est facile, bonum autem difficile.
(41) Non est facile attingere medium, sed difficile.
(42) Virtus est habitus electus in mente consistens quo ad nos declarata ratione ut utique sapiens determinabit.
(43) Operationes sunt circa singularia.
(44) Difficile est aliquem esse bonum, id est studiosum.
(45) Medium in omnibus rebus est laudabile.

50 laudamur] laudamar P 53 ejus] ei LW 58 bonum autem difficile] attingere medium sed difficile L 59 Non est facile attingere medium sed difficile] *om.* LD

---

(32) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B2, 1104 b 17-18.
(33) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B2, 1105 a 9.
(34) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B4, 1105 b 19-21, 1106 a 11-12.
(35) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B4, 1105 b 28-29, 31-32.
(36) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B4, 1106 a 6-7, 9-10.
(37) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B5, 1106 a 15-24.
(38) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B5, 1106 b 14-16, a 28-29.
(39) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B5, 1106 b 14-15.
(40) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B5, 1106 b 31-32.
(41) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B5, 1106 b 32-33.
(42) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B6, 1106 b 36 - 1107 a 2.
(43) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B7, 1107 a 31.
(44) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B9, 1109 a 24-26.
(45) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, B7, 1108 a 15.

---

60 *electus* : le texte d'Aristote est *electivus*.
60 *mente* : il faudrait remplacer cette leçon par *medietate* pour respecter le sens de la phrase de l'*Éthique*.

**Sequuntur auctoritates III libri Ethicorum Aristotelis.**

(46) Melius est mori quam facere contra bonum virtutis.
(47) Ignorantia excusat peccatum.
(48) Consilium non est de fine, sed de his quae sunt ad finem.
(49) Quod primum est in intentione, hoc debet ultimum esse in executione.
(50) Homo est principium suarum operationum.
(51) Bonum voluntarium est quod simpliciter est bonum.
(52) Bonus singula recte judicat.
(53) Nullus est bonus vel beatus, nisi volens.
(54) Nos sumus domini nostrarum operationum a principio usque ad finem.
(55) Qualis unusquisque est, talis videtur sibi esse finis.
(56) Terribilissimum omnium terribilium est mors.
(57) Fortitudo est aggressio terribilium ubi mors imminet propter bonum salvandum.
(58) In repentinis cognoscitur habitus.
(59) Desiderium pueri oportet esse secundum praeceptum doctoris.
(60) In naturalibus desideriis pauci peccant.

66 Melius] Elius fED 69 ultimum esse] esse ultimum E 81 cognoscitur] cognoscetur W

---

(46) S. Thomas, *In Ethicorum...*, III, lect. 2, n. 395.
Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ1, 1110 a 26-27.
(47) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ2, 1110 b 31 - 1111 a 2.
(48) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ5, 1112 b 11-12.
(49) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ5, 1112 b 23-24.
(50) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ5, 1112 b 31-32.
(51) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ6, 1113 a 23-24.
(52) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ6, 1113 a 29-30.
(53) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ7, 1113 b 15-16.
(54) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ8, 1114 b 31-32.
(55) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ7, 1114 a 32 - b 1.
(56) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ9, 1115 a 33-34.
(57) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ9, 1115 a 26-27.
(58) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ11, 1117 a 22.
(59) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ15, 1119 b 13-14.
(60) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Γ13, 1118 b 15-16.

---

70 *executione* : il faudrait remplacer ce mot par *resolutione* pour traduire le terme grec (ἀναλύσει) d'Aristote.



**Sequuntur auctoritates IIII libri Ethicorum Aristotelis.**

(61) Laus et gratiarum actio debetur danti et non accipienti.
(62) Major virtus est bona operari quam turpia non operari.
(63) Virtuosus bene utitur quibuscumque.
(64) Dare et non accipere est liberalitas.
(65) Pulchritudo semper est in magno corpore, unde parvi formosi dici possunt, non autem pulchri.
(66) Maximum bonorum exteriorum est honor.
(67) Pravus honore non est dignus.
(68) Honor est praemium virtutis.
(69) Secundum virtutem, solus bonus est honorandus.
(70) Virtuti perfectae non fit condignus honor.
(71) Non irasci in quibus oportet, insipientis est.
(72) Injuriantem sustinere et servilem sive familiarem despicere. servile est.
(73) Malum se ipsum destruit.
(74) Malum si integre fuerit, importabile erit.
(75) Qualis unusquisque est, talia dicit, talia operatur et taliter vivit.

84 Sequuntur ... Aristotelis] *om.* E 85 Laus] Aus WD 92 dignus] diguus P 95 condignus honor] honor dignus D 97 Injuriantem] Injuria autem L familiarem] familarem P despicere] decipere D 99 Malum] in *add.* LP

---

(61) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ1, 1120 a 15-16.
(62) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ1, 1120 a 11-13.
(63) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ1, 1120 a 6.
(64) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ1, 1120 a 10-11.
(65) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ7, 1123 b 7-8.
(66) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ7, 1123 b 20-21.
(67) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ7, 1123 b 34-35.
(68) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ7, 1123 b 35.
(69) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ8, 1124 a 25.
(70) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ7, 1124 a 7-8.
(71) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ11, 1126 a 4-5.
(72) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ11, 1126 a 7-8.
(73) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ11, 1126 a 12.
(74) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ11, 1126 a 12-13.
(75) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ13, 1127 a 27-28.

---

97 *servilem sive* : ces deux mots ont été ajoutés, ils ne figurent pas dans ce passage d'Aristote.

(76) Omne mendacium est fugiendum.
(77) Verum bonum est et laudabile.
(78) Verax laudandus est, mendax autem vituperandus.
(79) Jactator maxime est vituperandus.
(80) Requies et ludus in vita videntur esse necessaria.
(81) Verecundia est timor ingloriationis.
(82) Verecundia non convenit omni aetati sed juvenili, unde juvenes verecundos laudamus, senem autem verecundum vituperamus, quare senex caveat id de quo verecundabitur.

**Sequuntur auctoritates V libri Ethicorum Aristotelis.**

(83) Si unum oppositorum dicitur multis modis et reliquum.
(84) Quae simpliciter sunt bona hominibus, pro his orant et illa quaerunt.
(85) Praeclarissima virtutum est justitia, neque Hesperus, neque Lucifer, ita mirabilis, sicut justitia.
(86) Principatus virum ostendit.
(87) Pessimus est ille qui non solum utitur malitia ad se, sed etiam ad alios.

3 et] *om.* LWE  4 laudandus est] est laudandus X  7 Verecundia ... ingloriationis] *om.* LX  9 senem] semen f  11 Ethicorum Aristotelis] Aristotelis Ethicorum L  12 Si] I WED  17 Principatus virum ostendit] *om.* L

---

(76) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ13, 1127 a 28-29.
(77) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ13, 1127 a 29-30.
(78) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ13, 1127 a 30-32.
(79) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ13, 1127 a 31-32.
(80) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ14, 1128 b 3-4.
(81) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ15, 1128 b 10-12.
(82) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Δ15, 1128 b 16-20.
(83) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E1, 1129 a 18, 24-25.
(84) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E2, 1129 b 3, 4.
(85) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E3, 1129 b 27-29.
(86) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E3, 1130 a 1-2.
(87) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E3, 1130 a 5-7.

---

2 *fugiendum* : ce mot est issu de la traduction latine de ce passage de l'Éthique. En fait, Guillaume de Moerbeke n'a pas traduit précisément le terme grec ψεκτόν.
10 *quare senex caveat id de quo verecundabitur* : ces mots ne se trouvent pas dans le texte d'Aristote.



(88) Optimus est ille qui non solum utitur bonitate, id est virtute, ad se, sed etiam ad alios.
(89) Duplex est justitia, scilicet totalis et partialis.
(90) Partialis est duplex, scilicet commutativa et distributiva.
(91) Commutativa est duplex, scilicet voluntaria et non voluntaria. Non voluntaria est duplex, scilicet occulta et manifesta, occulta ut furtum adulterium, manifesta ut vincula et verbera.
(92) Minus malum est magis eligibile majori malo.
(93) Ubicumque reperitur magis et minus, ibi reperitur medium et aequale.
(94) Oportet te famulari illi qui bene fecit.
(95) Denarius est mensura omnium rerum, quia est fideijussor noster in omni adversitate, vel necessitate pro qualibet re qua indigemus.
(96) Primum institutum debet custodiri.
(97) Princeps debet custodire justum.
(98) Duplex est jus, scilicet legale et naturale.
(99) Naturale est quod apud omnes habet eandem potentiam, legale autem institutum est a lege.
(100) Sacrificare diis simpliciter est naturale, sed sacrificare hoc vel hoc, isti vel isti est ad placitum.

22 totalis] total L  28 magis] majus D  30 te famulari] refamulari X  35 legale et naturale] naturale et legale D  36 Naturale] Natura LPfD  36 institutum] instrumentum L  39 hoc] illud D  isti[2]] illi D  est] *om.* E

---

(88) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E3, 1130 a 7-8.
(89) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E4, 1130 a 32-33.
(90) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E5, 1130 b 30-31, 34 - 1131 a 1.
(91) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E5, 1131 a 1-3.
(92) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E7, 1131 b 22.
(93) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E7, 1132 a 14-15.
(94) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E8, 1133 a 4-5.
(95) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E8, 1133 a 20-21, b 10-12.
(96) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E10, 1134 b 1-2.
(97) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E10, 1134 b 1-2.
(98) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E10, 1134 b 18-19.
(99) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E10, 1134 b 19-21.
(100) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E10, 1134 b 21-24.

---

20-21 La traduction larine de ce texte d'Aristote est : *Optimus autem, non qui ad seipsum virtute, sed qui ad alterum.*
33 Le texte de cette citation est corrompu. La phrase d'Aristote est la suivante : *Est autem princeps custos justi.*

(101) Lex prohibet se ipsum interficere.
(102) Nullus proprie potest sibi ipsi injuriam facere.

**Sequuntur auctoritates VI libri Ethicorum Aristotelis.**

(103) Non sufficit ad scientiam alicujus quod sciatur in universali et confuse, sed oportet scire determinate et distincte.
(104) Omnis cognitio fit secundum similitudinem.
(105) Consilium debet esse de his quae possunt se aliter habere.
(106) Consilium non debet esse de praeteritis, sed de futuris, quia quod factum est non potest esse non factum. Unde dicit Agathon: Genitum facere non genitum hoc solo privatur deus.
(107) Verum bonum est intellectus.
(108) Quinque sunt in anima quibus verum dicitur, scilicet ars, scientia, sapientia, intellectus et prudentia.
(109) Scientia est de his quae non possunt se aliter habere, id est de aeternis.
(110) Omnis doctrina est ex praecognitis, vel est de praecognitis.
(111) Ars est recta ratio factibilium.
(112) Prudentia est recta ratio agibilium.
(113) Sapientia est cognitio rerum divinarum habens caput inter omnes alias scientias.
(114) Sapientia est certissima omnium aliarum scientiarum.

41 sibi ipsi] sibipsi X   42 libri] *om.* E   Aristotelis] *om.* E   48 Agathon] Agato L   51 dicitur] discitur W   53 se aliter] aliter se D   55 est[2]] *om.* E   60 omnium] omnia LWf   aliarum] *om.* X

---

(101) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E15, 1138 a 6-7.
(102) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, E15, 1138 a 15.
(103) Cf. S. Thomas, *In Ethicorum...*, VI, lect. 1, n. 1112.
Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z1, 1138 b 26-32.
(104) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z2, 1139 a 10-11.
(105) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z2, 1139 a 13-14.
(106) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z2, 1139 b 7-11.
(107) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z2, 1139 a 27-28.
(108) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z3, 1139 b 15-17.
(109) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z3, 1139 b 20-21, 23.
(110) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z3, 1139 b 26.
(111) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z4, 1140 a 21-22.
(112) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z5, 1140 b 20-21.
(113) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z7, 1141 a 19-20.
(114) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z7, 1141 a 17.

---

55 *vel est de praecognitis* : ces mots ne se trouvent pas dans ce passage d'Aristote.



(115) Juvenes non possunt esse prudentes, quia prudentia praerequirit experientiam quae indiget tempore.
(116) Multitudo temporis facit experientiam.
(117) Ad principia non est ratio.
(118) Consiliata oportet operari velociter, consiliari autem tarde.
(119) Impossibile est prudentem, id est sapientem, non esse bonum.
(120) Habens unam virtutem habet omnes.

**Sequuntur auctoritates VII libri Ethicorum Aristotelis.**

(121) Sicut bestiae, nec malitia, nec virtus attribuitur proprie, sic nec deo, sed deo honorabilius aliquid virtute, bestiae vero aliquod genus malitiae, scilicet bestialitas.
(122) Homines dicuntur fieri dei propter virtutum excellentias.
(123) Homo pravus deterior est bestia.
(124) Difficile est resistere consuetudini, quia assimilatur naturae, facilius tamen est transmutare consuetudinem quam naturam.
(125) Consuetudo est altera natura.
(126) Fama quam omnes famant, omnino non deperditur.
(127) Non solum oportet verum dicere, sed et causam falsi assignare.
(128) Delectationi intellectuali non est admixta tristitia.

61-62 praerequirit] praerequiritur W   68 libri] *om.* E   Aristotelis] *om.* E   69 Sicut] Icut WD   70 honorabilius aliquid] aliquid honorabilius X   77 deperditur] dependitur L

---

(115) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z9, 1142 a 15-16.
(116) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z9, 1142 a 15-16.
(117) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z9, 1142 a 25-26.
(118) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z10, 1142 b 4-5.
(119) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z13, 1144 a 36 - b 1.
(120) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Z13, 1144 b 31 - 1145 a 2.
(121) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H1, 1145 a 25-27.
(122) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H1, 1145 a 22-24.
(123) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H7, 1150 a 7-8.
(124) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H11, 1152 a 29-31.
(125) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H11, 1152 a 29-30.
(126) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H14, 1153 b 27-28.
(127) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H15, 1154 a 22-23.
(128) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H13, 1152 b 36 - 1153 a 1.

(129) Operationes bestiae pravae sunt ex natura, sed operationes pravorum hominum ex consuetudine.
(130) Homo semper indiget aliqua delectatione quasi quadam recreatione propter multos labores qui sibi occurrunt.
(131) Major est delectatio in quiete quam in motu.
(132) Deus semper simplici et una gaudet delectatione.
(133) Felicitatem super excellens impetit fortuna.

**Sequuntur auctoritates VIII libri Ethicorum Aristotelis.**

(134) Nullus eligere debet, vivere sine amicis habens reliqua bona.
(135) Quanto major est fortuna, tanto minus est secura.
(136) Duo simul viventes intelligere et agere sunt potiores quam unus.
(137) In infortuniis refugiendum est ad amicos.
(138) Omnis homo omnium hominum naturaliter est amicus.
(139) Generantis ad generatum naturaliter est amicitia.
(140) Homines ejusdem gentis naturaliter plus sunt amici quam alii.
(141) Simile diligit sibi simile, verum est per se et non per accidens.
(142) Amicitia est benivolentia mutua non latens in contrapassis.

88 Nullus] Vullus P; Ullus WD   96 in] *om.* E

(129) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H15, 1154 a 32-34.
(130) S. Thomas, *In Ethicorum...*, VII, lect. 14, n. 1529.
Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H15, 1154 b 5-7.
(131) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H15, 1154 b 27-28.
(132) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H15, 1154 b 26.
(133) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, H14, 1153 b 23.
(134) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ1, 1155 a 5-6.
(135) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ1, 1155 a 10.
(136) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ1, 1155 a 15-16.
(137) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ1, 1155 a 11-12.
(138) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ1, 1155 a 22.
(139) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ1, 1155 a 16-17.
(140) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ1, 1155 a 19-20.
(141) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ2, 1155 b 7-8.
(142) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ2, 1155 b 33-34.

86 *impetit* : la leçon correcte serait *impedit*.



(143) Tripliciter fit amicitia, scilicet propter bonum utile, bonum delectabile et propter bonum honestum. Amicitia propter bonum utile maxime videtur in sensibus esse, quia tales non curant delectabile, sed tantum utile.
(144) Amicitia propter bonum delectabile juvenum est amicitia; propter bonum permanens est stabilis.
(145) Nulli se invicem cognoscunt, nisi mensuram simul salis consumant.
(146) Sola amicitia bonorum honestorum est intransmutabilis.
(147) Non est facile alicui credere de amico qui multo tempore probatus est ab ipso et numquam sibi injuste fecit.
(148) Loci distantia non separat amicitiam, sed operationem.
(149) Natura maxime triste fugit et appetit delectabile.
(150) Mutua colloquia sunt factiva amicitiae.
(151) Perfecta amicitia non est, nisi ad unum, quia quod est superabundans et perfectum, non potest fieri ad plures, nisi ad unum.
(152) Unusquisque sibi ipsi maxime vult bonum.
(153) Amicorum omnia sunt communia.
(154) Pessimum est contrarium optimo.
(155) Regnum est optima politia.
(156) Malus rex tyrannus dicitur.

97 fit] sit L   99 utile] *om.* W   videtur] videt D   1 delectabile] deleccabile W
2 stabilis] stabills D   3 simul salis] salis simul D   14 contrarium] contrarinm f

(143) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ3, 1156 a 7, Θ2, 1155 b 18-19,
Θ3, 1156 a 10-11, 15, 16-17, 24-26.
(144) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ3, 1156 a 31-32, Θ4, 1156 b 7, 11-12.
(145) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ4, 1156 b 26-28.
(146) Arist. *Ethica ad Nicomachum*, Θ5, 1157 a 20-21.
(147) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ5, 1157 a 21-23.
(148) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ6, 1157 b 10-11.
(149) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ6, 1157 b 16-17.
(150) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ8, 1158 a 3-4.
(151) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ8, 1158 a 10-12.
(152) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ9, 1159 a 12.
(153) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ11, 1159 b 31.
(154) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ12, 1160 b 9.
(155) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ12, 1160 a 35-36.
(156) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ12, 1160 b 11-12.

2 *est* : il faudrait peut-être corriger *est* en *et* pour respecter le sens du passage d'Aristote.
4 *intransmutabilis* : ce mot est issu de la traduction latine de ce passage. Le terme grec ἀδιάβλητος qui figure à cet endroit ne se traduit cependant pas par *intransmutabilis*.

(157) Rex debet se habere ad suos subditos, sicut pastor ad oves.
(158) Pater tria beneficia dat. Est enim causa essendi generando et causa disciplinae informando et causa nutriendi educando.
(159) In quibus nihil est commune, in his nec est justitia, nec amicitia.
(160) Servus est organum animatum.
(161) Domini ad servum non est amicitia secundum quod servus est sibi dissimilis.
(162) Parentes amant filios suos ut aliquid existens sui.
(163) Parentes plus amant filios quam e converso, quia magis sciunt parentes quod nati sunt ex eis quam filii.
(164) Matres plus diligunt pueros quam patres, quia certiores sunt de eis et plures labores habent circa eos.
(165) Majoribus datur honor, minoribus vero et indigentibus lucrum, quia honor est retributio virtutis et beneficii.
(166) Lucrum est auxilium indigentis.
(167) Retributio debet esse possibilis, non condigna, ut patet de deo et parentibus quibus non possumus aequale reddere.
(168) Pater potest abnegare filio et non e converso.

**Sequuntur auctoritates IX libri Ethicorum Aristotelis.**

(169) Magistris, diis et parentibus non redditur aequivalens.
(170) Magis est mutuum dare cui quis debet quam amicis dare.

17 suos] *om.* E 24 suos] snos f 28 et plures ... eos] *om.* LWXPf 36 Magistris] Agistris D

---

(157) Arist., *Ethica ad Nichomachum*, Θ13, 1161 a 12, 14.
(158) S. Thomas, *In Ethicorum...*, VIII, lect. 11, n. 1691.
Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ13, 1161 a 15-17.
(159) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ13, 1161 a 32-34.
(160) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ13, 1161 b 4.
(161) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ13, 1161 b 3, 5.
(162) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ14, 1161 b 18.
(163) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ14, 1161 b 19-21.
(164) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ14, 1161 b 26-27.
(165) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ16, 1163 b 2-4.
(166) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ16, 1163 b 4-5.
(167) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ16, 1163 b 15-17.
(168) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, Θ16, 1163 b 18-19.
(169) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I1, 1164 b 4-5.
(170) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I2, 1164 b 31-32.



(171) Amicis existentibus propter bonum utile et delectabile, illis cessantibus cessat et amicitia.
(172) Qui fingit se amicum et non est, pejor est illo qui facit falsam monetam.
(173) Quanto malitia est circa melius, tanto ipsa est pejor.
(174) Similis simili est amicus et ideo bonus malum amare non potest.
(175) Magis tenemur amicis largiri bona quam extraneis.
(176) Amicabilia quae sunt ad alterum veniunt ex amicabilibus quae sunt ad se ipsum, unde unusquisque est sibi maxime amicus.
(177) Amicus debet se habere ad amicum, sicut ad se ipsum, quia amicus est alter ipse.
(178) Pravus non est amabilis ad se ipsum, neque ad alios.
(179) Benivolentia non est amicitia, est tamen principium ipsius.
(180) Ex benivolentia diuturna fit amicitia.
(181) Concordia ad amicitiam pertinet.
(182) Benefactores prius amant beneficiatos quam quod amentur ab eis.
(183) Omnis artifex plus diligit opus suum quam quod diligatur ab opere, ut patet de parentibus respectu filiorum.
(184) Quod cum magno labore acquiritur, magis diligitur, ut patet de hominibus quaerentibus pecuniam a labore proprio.
(185) Amicus debet se habere ad amicum, ut genu ad tibiam.

40 fingit] figit E 43 Similis] Simul LW 56 patet de] *om.* LX 58 a] ex E 59 ut] sicut E

---

(171) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I3, 1165 b 1-3.
(172) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I3, 1165 b 10-12.
(173) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I3, 1165 b 12.
(174) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I3, 1165 b 15-17.
(175) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I3, 1165 b 33-34.
(176) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I4, 1166 a 1-2, b 1-2.
(177) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I4, 1166 a 30-32.
(178) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I4, 1166 b 25-26.
(179) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I5, 1166 b 30, 1167 a 3.
(180) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I5, 1167 a 11-12.
(181) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I6, 1167 a 22.
(182) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I7, 1167 b 17-18.
(183) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I7, 1167 b 33-35.
(184) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I7, 1168 a 21-23.
(185) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I8, 1168 b 8.

(186) Quemadmodum civitas et alia congregatio videtur esse principalissimum sui ipsius, sic et homo, sed principalissimum in homine est intellectus. Ergo homo maxime videtur esse suus intellectus. Ex praedicto habemus quod omnis denominatio debet fieri a principaliori.

(187) Homo est animal politicum aptum natum communicare suum conceptum, sive convivere.

(188) Amicitia est maxime bonorum exteriorum.

(189) Melius est cum amicis et praecipue cum bonis quam extraneis quibuscumque aliis commorari.

(190) Felix honestis indiget.

(191) Solitaria difficilis est vita.

(192) Virtuosorum beatissima est vita.

(193) Praesentia amicorum est delectabilis, tam in bonis fortunis quam in aliis scilicet malis : in malis quia tristati alleviantur amicis condolentibus ipsis, in bonis quia delectabile est conversari cum amico.

(194) Amicus est consolatio amici visione et sermone.

(195) In omnibus oportet imitari meliores.

(196) Amicitia bonorum coaugetur bonis colloquiis et operibus quibsu ipsi utuntur, unde a bonis bona fiunt.

**Sequuntur auctoritates X libri Ethicorum Aristotelis.**

(197) In actibus humanis minus creditur sermonibus quam operibus.

67 exteriorum] exerteriorum W   68 est] *om.* L   81 In] N WD

(186) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I8, 1168 b 31-33, 35.
(187) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I9, 1169 b 18-19.
(188) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I9, 1169 b 9-10.
(189) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I9, 1169 b 20-21.
(190) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I9, 1169 b 22.
(191) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I9, 1170 a 5.
(192) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I9, 1170 a 27-28.
(193) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I11, 1171 a 27-30, 25-27.
(194) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I11, 1171 b 2-3.
(195) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I11, 1171 b 12.
(196) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, I12, 1172 a 10-12.
(197) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K1, 1172 a 34-35.

70 *honestis* : le texte d'Aristote est *amicis*.
71 *Solituria* : la leçon correcte de ce passage serait *Solitario*.



(198) Quando sermones dissonant operibus sensibilibus, tunc contemnuntur.

(199) Ex quibus res generantur, in hoc resolvuntur.

(200) Omnis virtus in corpore existens fatigabilis est.

(201) Quaedam delectant quae postmodum non delectant.

(202) Unusquisque maxime operatur in illo quod maxime diligit.

(203) Delectatio tenet operantem in opere.

(204) Operatio delectabilior minus delectabilem expellit, unde amantes fistulas non possunt intendere sermonibus.

(205) Non potentes continue laborare, requie indigent.

(206) Philosophia habet delectationes admirabiles puritate et firmitate.

(207) Ultima felicitas hominis consistit in optima operatione.

(208) Optimae potentiae sunt respectu optimi subjecti.

(209) Speculatio ipsius veritatis est ipsa felicitas.

(210) Vita contemplativa melior est quam vita activa quae est vita secundum hominem, quia vita contemplativa est vita divina.

(211) Duplex est vita, scilicet contemplativa et politica, inter quas contemplativa est melior cum sit divina, alia vero humana.

(212) Unusquisque opera sua dirigere debet ad bene vivendum secundum optimum eorum quae sunt in ipso.

84 hoc] haec PE   86 delectant] deleactant X   94 potentiae] ponendae W
96 quam] *om.* E   98 Duplex] Dupler W   00 dirigere] dirige LD

(198) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K1, 1172 a 35 - b 1.
(199) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K2, 1173 b 5-6.
(200) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K4, 1175 a 4-5.
(201) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K4, 1175 a 6-7.
(202) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K4, 1175 a 12-13.
(203) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K4, 1175 a 35.
(204) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K5, 1175 b 1-4.
(205) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K6, 1176 b 34-35.
(206) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K7, 1177 a 25-26.
(207) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K7, 1177 a 12-13, 16-17.
(208) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K6, 1177 a 4-6, K7, 1177 a 13.
(209) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K7, 1177 a 16-18.
(210) S. Thomas, *In Ethicorum...*, X, lect. 11, n. 2105.
Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K7, 1177 b 26-29.
(211) S. Thomas, *In Ethicorum...*, X, lect. 11, n. 2106.
Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K7, 1177 b 30-31, K8, 1178 a 9-10.
(212) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K7, 1177 b 33-34.

(213) Optimum in homine est intellectus, quia licet intellectus sit minus in quantitate, tamen maximus est in potestate et pretiositate.

(214) Unumquodque dicitur maximum quod est principalissimum sui, et hoc potest dici intellectus, quia intellectus est principalissimum hominis, ex quo iterum habemus quod denominatio fit a principaliori.

(215) Proprium opus dei est speculatio.

(216) Homo felix, sive sapiens indiget aliqualiter rebus exterioribus, quia natura per se non est sufficiens speculari, sed oportet quod habeat corpus sanum, cibum bonum et reliquum famulatum ; non tamen indiget multis ac magnis rebus quod non oportet felicem vel philosophum esse dominum terrae vel maris.

(217) Moderate ditati non minus agunt bona quam potentes immo etiam magis, unde dicitur quod moderate ditati sunt felices, quia magis agunt secundum virtutem, vel intellectum.

(218) Homo secundum intellectum operans et habens curam est bene dispositus, et ideo amantissimus esse videtur.

(219) Homo maxime sapiens maxime felix est.

(220) Sermones consonantes operibus sunt acceptandi, dissonantes vero suspicandi.

(221) Non facile est homines ex antiqua consuetudine transmutare per sermones.

(222) Multi plus coacti oboediunt necessitati quam sermoni.

(223) Quidam sunt dispositi ad virtutes ex natura, quidam ex con-

2 sit] fit XP  6 denominatio] demonstratio W  12 magnis] magis LXPfD quod] quia W  18 ideo] deo XE

(213) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K7, 1177 b 34 - 1178 a 2.
(214) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K7, 1178 a 2-3.
(215) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K8, 1178 b 21-22.
(216) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K9, 1178 b 33 - 1179 a 5.
(217) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K9, 1179 a 6-12.
(218) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K9, 1179 a 22-24.
(219) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K9, 1179 a 29-32.
(220) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K9, 1179 a 21-22.
(221) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K10, 1179 b 16-18.
(222) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K10, 1180 a 4-5.
(223) Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K10, 1179 b 20-21, 23-26.

17-18 Le texte d'Aristote qui est à l'origine de cette citation est le suivant dans la traduction latine de Guillaume de Moerbeke : *Secundum intellectum autem operans, et hunc curans, et dispositus optime, et Dei amantissimus videtur esse.* La citation correcte serait donc : *Homo secundum intellectum operans et hunc curans et bene dispositus et deo amantissimus esse videtur.*



suetudine, quidam per doctrinam et ad hoc quod doctrina habeat efficaciam in auditoribus, oportet animam auditoris esse dispositam et praeparatam, sicut terra antequam nutriat semen.

(224) Oportet bonos provocare per virtutes ad praemia, malos autem per poenas insanabiles totaliter exterminare.

**Auctoritates Aristotelis libri De fortuna bona.**

(1) In bonis exterioribus quorum fortuna est domina, non contingit hominem esse felicem.

(2) Ubi plurimus intellectus et ratio, ibi quandoque minima est fortuna.

(3) Ubi vero plurima fortuna, ibi minimus quandoque intellectus.

(4) Deum dignificamus ut dominum existentem, ut dignis distribuat bona et malis mala.

(5) Deum verisimile non est pravorum curam habere.

(6) Appetitus naturalis naturaliter tendit ad bona.

(7) Illi sunt bene fortunati quicumque directe agunt sine ratione ut in pluribus.

(8) Quid est melius intellectu et scientia nisi deus ?

(9) Deus bene videt praesentia, praeterita et futura.

31 Aristotelis libri] *om.* E  32 In] N WD  37 dignis] dignus L  43 Quid] Quod LXf

(224) Cf. Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K10, 1180 a 5-7, 9-10.
(1) Arist., *Magna moralia*, A8, 1206 b 33-34.
(2) Arist., *Magna moralia*, A8, 1207 a 4-5.
(3) Arist., *Magna moralia*, A8, 1207 a 5.
(4) Arist., *Magna moralia*, A8, 1207 a 7-8.
(5) Arist., *Magna moralia*, A8, 1207 a 17.
(6) Arist., *Ethica ad Eudemium*, H14, 1247 b 20-21.
(7) Arist., *Ethica ad Eudemium*, H14, 1247 b 26-28.
(8) Arist., *Ethica ad Eudemium*, H14, 1248 a 28-29.
(9) Arist., *Ethica ad Eudemium*, H14, 1248 a 38-39.

29-30 Le texte de cette citation est corrompu. La phrase est un résumé du passage suivant d'Aristote : *Propter quod existimant legis positores oportere quidem advocare ad virtutem, et provocare boni gratia, ut oboedientibus his qui epiiches consuetudinibus praecedentibus, inobedientibus autem, et degenerioribus existentibus et poenas et punitiones apponere, insanabiles autem totaliter exterminare.*
Il faudrait donc reconstituer la citation de la manière suivante : *Oportet bonos provocare per praemia ad virtutes, malos autem per poenas, insanabiles totaliter exterminare.*

32 *In* : le texte d'Aristote est *sine*.

(10) Bona fortuna est appetitus naturalis datus a deo movente totam naturam.

**Sequuntur auctoritates libri Oeconomicae Aristotelis.**

(1) Civitas est domorum pluralitas praediis et possessionibus abundans ad bene vivendum ordinata.

(2) Communicatio viri et feminae in animalibus irrationabilibus est solum gratia prolis procreandae, in hominibus vero non solum gratia illius, sed etiam gratia alterius utilitatis.

(3) Quae parentes potentes existentes fecerunt filiis impotentibus, iterum reportant a potentibus filiis parentes impotentes et senio confecti.

(4) Natura facit unum animalium conjugabilium forte,s cilicet masculum ut ulciscatur prae fortitudine sibi illata, aliud vero debile, scilicet feminam ut magis se custodiat prae timore.

(5) Vir non debet injuriari feminae ut femina non injurietur ei. Injuriari feminae est virum cum extranea muliere coire, sed injuriari viro feminam est feminam coire cum extraneo viro.

(6) Secundum Hesiodum poetam, virum oportet, id est expetit, viro puellam ducere in uxorem ut doceat eam bonos mores, quia juvencula est flexibilior vidua.

(7) Dissimilitudines morum inter virum et mulierem nequaquam sunt amandae.

(8) Duae sunt species servorum, scilicet procurator et operator.

47 Aristotelis] *om.* E 48 Civitas] Ivitas WD et] prae LP 50 animalibus] animantibus W 51 prolis procreandae] procreandae prolis L 53 potentes existentes] existentes potentes LWPE impotentibus] in potentibus LWPE 54 iterum] et iterum LP 56 conjugabilium forte] forte conjugabilium LWPE 57 prae] *om.* W 59 femina] feminae X 63 ducere in uxorem] in uxorem ducere E

---

(10) Cf. Arist., *Ethica ad Eudemium*, H14, 1248 a 26-27, b 3-5.
(1) Arist., *Economica*, A1, 1343 a 10-11.
(2) Arist., *Economica*, A3, 1343 b 8-9, 13-15, 18-20.
(3) Arist., *Economica*, A3, 1343 b 21-23.
(4) Arist., *Economica*, A3, 1343 b 26 - 1344 a 2.
(5) Arist., *Economica*, A4, 1344 a 8-9.
(6) Cf. Arist., *Economica*, A4, 1344 a 12-13, 15-17.
(7) Arist., *Economica*, A4, 1344 a 18.
(8) Arist., *Economica*, A5, 1344 a 25-26.

---

48 *praediis* : ce mot n'est pas la traduction exacte du terme grec *χώρας*.



(9) Oportet servis tria dare, opera et poenam, id est disciplinam et victum sufficientem, quia sine mercede impossibile est operari.

(10) Victus autem est merces servorum qui tamen sine aliis duobus facit servum protervum.

(11) Nemo aliorum bona et propria similiter curat et aequaliter.

(12) Quidam interrogatus quid magis impinguat equum, respondit oculus domini. Alius interrogatus quale stercus optimum ad pinguandum agrum, respondit vestigia domini.

(13) Impossibile est negligentibus dominis servos esse sollicitos.

(14) Numquam oportet dominum esse sine custodia, sic nec civitatem.

(15) Surgere de nocte ad sanitatem, ad philosophiam, ad bonam dispositionem utile est.

(16) Nec quaestus vestimentorum, nec forma, nec auri multitudo tanta est ad mulieris virtutem, quanta est modestia in quolibet opere et desiderium honestae ac compositae vitae.

(17) Quanto quis diligentius obsequitur, tanto majorem gratiam obtinebit.

(18) Nisi parentes pueris exemplum probitatis vitae dederint, incusabilem ad invicem possunt habere causam.

(19) Si mulier cognovit virum sibi justum ac fidelem esse, ipsa etiam circa ipsum justa et fidelis erit.

(20) Multo gravius aliquis fert, si honore privetur, quam si omnia bona sua auferantur.

73 impinguat] impugnat D 76 Impossibile] unde impossibile L 78 sanitatem] et *add.* Xf 80 auri multitudo] multitudo auri D 81 mulieris] mulieres LXPE 82 honestae] honestate LWXPfE 83 obsequitur] obseqnitur f 85 dederint] dededrint P

---

(9) Arist., *Economica*, A5, 1344 a 35, b 2-4.
(10) Arist, *Economica*, A5, 1344 a 35-36, b 4.
(11) Arist., *Economica*, A6, 1344 b 35-36.
(12) Arist., *Economica*, A6, 1345 a 2-5.
(13) Arist., *Economica*, A6, 1345 a 10-11.
(14) Arist., *Economica*, A6, 1345 a 14-15.
(15) Arist., *Economica*, A6, 1345 a 16-17.
(16) Arist., *Economica*, fgm. 184, p. 140, 15-17.
(17) Arist., *Economica*, fgm. 184, p. 141, 20-21.
(18) Arist., *Economica*, fgm. 184, p. 143, 7-9.
(19) Arist., *Economica*, fgm. 184, p. 144, 2-3.
(20) Cf. Arist., *Economica*, fgm. 184, p. 144, 6-8.

---

85-86 *incusabilem* : la leçon correcte serait *excusabilem*.

(21) Non debet homo sanae mentis ubicumque et ad quamlibet mulierem mittere semen suum.

**Auctoritates super primum librum Politicorum Aristotelis.**

(1) Homines ratione et intellectu vigentes naturaliter aliorum domini sunt et rectores.
(2) Natura non facit, nisi unum instrumentum ad unum opus et hoc pauperibus est pro servo.
(3) Homo naturaliter est animal politicum et civile.
(4) Natura nihil facit frustra.
(5) Nullum animal a natura habet rationem, nisi homo.
(6) Homini sermonem natura dedit.
(7) Pars separata a toto non remanet, nisi aequivoce.
(8) Homo solitarius, vel est deus, vel bestia.
(9) Sicut optimum animalium est homo fruens lege, sic pessimum animalium est homo a lege et justitia recedens.
(10) Saevissima injustitia est habens arma, scilicet sciendi.
(11) Sine necessariis, impossibile est vivere.
(12) Servus naturaliter non est sui ipsius, sed alterius.
(13) Opus quod fit a melioribus semper melius est.
(14) Quandocumque ex multis unum constituitur inter illa, unum erit regens, aliud vero rectum.

93 Aristotelis] *om.* E  94 Homines] Omines WD  intellectu] intellectum P  6 est] *om.* D

(21) Arist., *Economica*, fgm. 184, p. 144, 10-11.
(1) Cf. Arist., *Politica*, A2, 1252 a 31-32.
(2) Arist., *Politica*, A2, 1252 b 1-3; 12.
(3) Arist., *Politica*, A2, 1253 a 2-3.
(4) Arist., *Politica*, A2, 1253 a 9.
(5) Arist., *Politica*, A2, 1253 a 9-10.
(6) Arist., *Politica*, A2, 1253 a 9-10.
(7) Arist., *Politica*, A2, 1253 a 20-21.
(8) Arist., *Politica*, A2, 1253 a 27-29.
(9) Arist., *Politica*, A2, 1253 a 31-33.
(10) Arist., *Politica*, A2, 1253 a 33-34.
(11) Arist., *Politica*, A4, 1253 b 24-25.
(12) Arist., *Politica*, A4, 1254 a 14-15.
(13) Arist., *Politica*, A5, 1254 a 26-27.
(14) Arist., *Politica*, A5, 1254 a 28-31.

96 *hoc* : la leçon correcte à cet endroit serait *bos*.



(15) Anima naturaliter dominatur corpori, sicut dominus servo.
(16) Utile est corpus regi ab anima, ab his enim duobus conjunctis homo constituitur.
(17) Item utile est omnibus animalibus regi ab homine.
(18) Regens naturaliter dignius est recto.
(19) Masculinum genus naturaliter dignius est feminino.
(20) Virtus et malitia determinat sibi servos et liberos, nobiles et ignobiles.
(21) Homines reputant dignum ex bonis fieri bonum, sicut ex homine fieri hominem.
(22) Dupliciter dicitur servus : uno modo secundum naturam, alio modo secundum legem positam.
(23) Non est possibile vivere sine cibo.
(24) Plurimum genus hominum ex terra et fructibus domesticis vivunt.
(25) Natura facit omnia animalia propter hominem.
(26) Duplices sunt divitiae, scilicet naturales et artificiales: naturales sunt possessiones rerum, artificiales sunt possessiones pecuniae.
(27) Desiderium divitiarum vadit in infinitum.
(28) Facile est philosophis ditari si volunt.

25 vivunt] vivit W  28 artificiales] vero *add.* fD

(15) Arist., *Politica*, A5, 1254 b 4-5.
(16) Arist., *Politica*, A5, 1254 b 6-8.
Cf. Arist., *Politica*, A5, 1254 a 34-39.
(17) Arist., *Politica*, A5, 1254 b 11-12.
Cf. S. Thomas, *In libros Politicorum...*, I, lect. 3, n. 65.
(18) S. Thomas, *In libros Politicorum...*, I, lect. 3, n. 60.
Cf. Arist., *Politica*, A5, 1254 b 14.
(19) Arist., *Politica*, A5, 1254 b 13-14.
(20) Arist., *Politica*, A6, 1255 a 39 - b 1.
(21) Arist., *Politica*, A6, 1255 b 1-2.
(22) Arist., *Politica*, A6, 1255 a 4-5, A5, 1255 a 1-2.
Cf. S. Thomas, *In libros Politicorum...*, I, lect. 4, n. 75.
(23) Arist., *Politica*, A8, 1256 a 21.
(24) Arist., *Politica*, A8, 1256 a 38-40.
(25) Arist., *Politica*, A8, 1256 b 16-17.
S. Thomas, *In libros Politicorum...*, I, lect. 6, n. 105.
(26) Cf. Arist., *Politica*, A8, 1256 b 26-30, A9, 1257 a 4.
(27) Arist., *Politica*, A9, 1256 b 41 - 1257 a 1.
(28) Arist., *Politica*, A11, 1259 a 17.

18 *sibi* : ce mot ne figure pas dans le texte d'Aristote.

(29) Magis et minus diversificant speciem.
(30) Consilium mulieris est invalidum, pueri vero imperfectum.
(31) Silentium mulieris praestat ornatum.

**Sequuntur auctoritates II libri Politicorum Aristotelis.**

(32) Cives sunt socii unius civitatis.
(33) Quod plurimorum est commune, minime sortitur curam, quia de propriis maxime curant homines, de communibus autem minus.
(34) Multi servi quandoque serviunt deterius paucioribus.
(35) Optimum est civitati ut sit una secundum amicitiam.
(36) Amicorum omnia sunt communia.
(37) Unusquisque naturaliter amat se ipsum.
(38) Amicis auxiliari delectabilissimum est.
(39) Bonum est abstinere a muliere propter temperantiam.
(40) Perjuriae malignitatem efficiunt et seditionem.
(41) Plures homines discordant propter inaequalitatem possessionum.
(42) Qui delectari velit sine tristitia ad philosophiam currat.
(43) Omnis civitas artificialibus indiget.
(44) Leges inhonestae licet maxime sint in usu, possunt tamen aboleri.

31 minus] minimus LXPf; vero *add.* W 33 ornatum] ornatu LX 34 libri] *om.* E Politicorum] Topicorum LWP Aristotelis] *om.* E 35 Cives] Ives WD civitatis] civtatis f 46 velit] vult E

(29) Arist., *Politica*, A13, 1259 b 37-38.
(30) Arist., *Politica*, A13, 1260 a 12-14.
(31) Arist., *Politica*, A13, 1260 a 30.
(32) Arist., *Politica*, B2, 1261 a 1.
Cf. S. Thomas, *In libros Politicorum...*, II, lect. 1, n. 174.
(33) Arist., *Politica*, B3, 1261 b 33-35.
(34) Arist., *Politica*, B3, 1261 b 36-38.
(35) Cf. Arist., *Politica*, B4, 1262 b 7-10.
(36) Arist., *Politica*, B5, 1263 a 30.
(37) Arist., *Politica*, B5, 1263 a 41 - b 1.
Cf. S. Thomas, *In libros Politicorum...*, II, lect. 4, n. 202.
(38) Arist., *Politica*, B5, 1263 b 5-6.
(39) Arist., *Politica*, B5, 1263 b 8-11.
(40) Arist., *Politica*, B6, 1265 b 12.
(41) Arist., *Politica*, B7, 1266 b 40.
(42) Arist., *Politica*, B7, 1267 a 8-9, 11-12.
(43) Arist., *Politica*, B8, 1268 a 30.
(44) S. Thomas, *In libros Politicorum...*, II, lect. 12, n. 295.

31 *minus* : il faudrait ajouter *non* après ce mot pour respecter le sens de cette phrase d'Aristote.
44 *Perjuriae* : le traduction exacte du mot grec *πενία* serait *Penuriae.*



(45) A mulieribus non bene regitur civitas.
(46) Melius est judicare secundum leges et litteras quam ex propria sententia.
(47) Magnorum domini constituti si viles fuerint, maxime laedunt civitatem.
(48) Impossibile est indigentem bene principari et studio vacare.
(49) Unum opus optime fit ab uno.

**Sequuntur auctoritates III libri Politicorum Aristotelis.**

(50) Civitas est quaedam civium multitudo.
(51) Civitas non est una propter eosdem mores, sed propter eandem politiam.
(52) Politia est ordo quidam inhabitantium civitatem in subjiciendo et principando.
(53) Non est idem bonus homo et bonus civis.
(54) Non contingit homines bene principari qui numquam sub principe fuerunt.
(55) Prudentia est propria virtus principis.
(56) Optima civitas non facit unatisem sive banautum, id est vilem artificem esse civem.
(57) Quicumque sunt uni necessario ministrantes dicuntur servi, quicumque autem communiter pluribus dicuntur banauti.

56 libri] *om.* E Aristotelis] *om.* E 57 Civitas] Ivitas WE 61 principando] principiando D 68 Quicumque] Quaecumque W

(45) S. Thomas, *In libros Politicorum...*, II, lect. 13, n. 303.
(46) Arist., *Politica*, B9, 1270 b 29-31.
(47) Arist., *Politica*, B10, 1272 b 41 - 1273 a 1.
(48) Arist., *Politica*, B11, 1273 a 24-25.
(49) Arist., *Politica*, B11, 1273 b 9-10.
(50) Arist., *Politica*, Γ1, 1274 b 41.
(51) S. Thomas, *In libros Politicorum...*, III, lect. 2, n. 364.
Cf. Arist., *Politica*, Γ3, 1276 b 10-11.
(52) Arist., *Politica*, Γ1, 1274 b 38.
(53) S. Thomas, *In libros Politicorum...*, III, lect. 3, n. 367.
Cf. Arist., *Politica*, Γ4, 1276 b 40 - 1277 a 1.
(54) Arist., *Politica*, Γ4, 1277 b 12-13.
(55) Arist., *Politica*, Γ4, 1277 b 25-26.
(56) Arist., *Politica*, Γ5, 1278 a 8.
(57) Arist., *Politica*, Γ5, 1278 a 11-13.

60 61 *in subjiciendo et principando* : ces mots ne figurent pas dans le texte d'Aristote.

(58) Quicumque intendunt politiae utilitati communi, recti sunt et justi; qui autem intendunt utilitati propriae, vitiosi sunt et rectorum politicorum transgressores.

(59) Oportet bonam civitatem de virtute sollicitam esse.

(60) Unum virtuosum melius est principari quam plures et multos alios.

(61) Sine justitia impossibile est inhabitare civitatem.

(62) Melius est civitatem regi uno optimo viro quam una optima, scilicet muliere vel lege.

(63) Ingenuitas est virtus generis, id est nobilitas.

(64) Turba multa melius judicat quam unus tantum.

(65) Melius est judicium duorum quam unius tantum.

(66) Pars non est apta nata excellere suum totum.

**Sequuntur auctoritates IIII libri Politicorum Aristotelis.**

(67) Non solum oportet politiam a principe instituere, sed etiam oportet eam corrigere.

(68) Civitas non constabit ex una parte, sed ex multis quarum una pars sunt agricolae, secunda artifices manuales, tertia quae negotiatur circa forum, quarta mercenarii, quinta propugnatores et ar-

70 communi] communiter W 72 rectorum] rector L 77 civitatem] civitate LX 83 Aristotelis] *om.* E 84 Non] On WD instituere] institui W 85 eam] eos LXPfED 87 artifices] artificiales E 87-88 negotiatur] negotiantur D

---

(58) Arist., *Politica*, Γ6, 1279 a 17-20.
(59) Arist., *Politica*, Γ9, 1280 b 6-8.
(60) Petrus de Alvernia, *In libros Politicorum...*, III, lect. 12, n. 473.
(61) Arist., *Politica*, Γ12, 1283 a 20-21.
(62) Petrus de Alvernia, *In libros Politicorum...*, III, lect. 14, n. 490.
(63) Arist., *Politica*, Γ13, 1283 a 37.
(64) Arist., *Politica*, Γ15, 1286 a 30-31.
(65) Cf. Arist., *Politica*, Γ15, 1286 a 30-31.
(66) Arist., *Politica*, Γ17, 1288 a 26-27.
(67) Cf. Arist., *Politica*, Δ1, 1289 a 3-5.
(68) Arist., *Politica*, Δ4, 1290 b 38 - 1291 a 8.

---

79 *Ingenuitas* : ce mot est issu de la traduction latine faite par Guillaume de Moerbeke de ce passage d'Aristote. Le terme *ingenuitas* n'est pas la traduction correcte du mot grec εὐγένεια.
81 Cette citation est extraite du passage suivant d'Aristote : ... *propter hoc et iudicat melius turba multa quam unusquicumque.*



migeri quos necessarium est in civitate existere, si non debeat servire inimicis.

(69) Qui alteri servit, non est per se sufficiens.

(70) Sine principibus impossibile est esse civitatem.

(71) Litterae vacare non existentibus proventibus est impossibile.

(72) Ingenuitas et nobilitas sunt virtutes et divitiae antiquae.

(73) In omni civitate sunt tres species hominum, scilicet pauperes, divites et mediocres inter quos optimi sunt mediocres, quia medium semper est optimum. Media possessio bonorum exteriorum est optima, quia facile est rationi oboedire.

(74) Quod nimis est pulchrum, nimis forte, nimis ingenuum, nimis dives habet contrarium, scilicet nimis fetidum, nimis debile, nimis ignobile, nimis ingenuum. Ratio sequitur, quia quidam eorum sunt injuriosi et in magnis plus nequam, quidam autem astuti et in parvis valde nequam.

(75) Qui sunt nimis divites et potentes, nec sciunt, nec volunt subjici, qui autem minus ingenui sunt et viles nesciunt principari.

(76) Mediocres cives maxime salvantur in civitate, quia ipsi nec desiderant aliena ut pauperes, nec alii pauperes existentes horum substantiam desiderant et ergo nec insidias patiuntur, neque fraudes faciunt quapropter sine periculo vivunt.

(77) Maximum eufortunium est cives mediocrem substantiam habere tamquam sufficientem eis, quia per tales bene regitur civitas.

93 Litterae ... impossibile] *om.* E 98 oboedire] oboediri E 99 nimis²] est *add.* W ingenuum] ingenium L 1 nimis] minus LXPfE ingenuum] *om.* D 2 autem] *om.* LX 3 parvis] pravis L 4 sunt] sut X 5 minus] nimis E ingenui] ingenues LWPE 9 vivunt] viuunt D 11 bene] *om.* L

---

(69) Arist., *Politica*, Δ4, 1291 a 10.
(70) Arist., *Politica*, Δ4, 1291 a 35-36.
(71) Arist., *Politica*, Δ6, 1292 b 32-33.
(72) Arist., *Politica*, Δ8, 1294 a 21-22.
(73) Arist., *Politica*, Δ11, 1295 b 1-6.
(74) Cf. Arist., *Politica*, Δ11, 1295 b 6-10.
(75) Arist., *Politica*, Δ11, 1295 b 13-16, 18-20.
(76) Arist., *Politica*, Δ11, 1295 b 29-33.
(77) Arist., *Politica*, Δ11, 1295 b 39-40, 35.

---

93 *Litterae* : ce mot est une corruption du terme *licere* qui se trouve dans la traduction latine de ce passage.
5 *minus ingenui* : la leçon correcte pour *minus* est probablement *nimis*. Quant à *ingenui*, il s'agit probablement d'une mauvaise reproduction de *indigui*.
5 *et viles* : il faudrait écrire normalement *viles et*.

(78) Quanto aliquid magis attingit medium, tanto melius est, quanto autem magis aliquid distat a medio, tanto pejus.
(79) Magnae civitates plus sunt seditiosae quam parvae, quia multum est ibi medium.
(80) In magnis negotiis oportet unum ordinare ad unum opus, quia cura melius est intenta circa unum opus quam circa multa.

**Sequuntur auctoritates V libri Politicorum Aristotelis.**

(81) Quod plus est, inaequale est.
(82) Ubique propter inaequale fit seditio.
(83) Nobilitas generis et divitiae sunt principia et fontes seditionum.
(84) Nobilitas et virtus in paucis inveniuntur.
(85) Minores ut fiant aequales seditiones faciunt, aequales vero ut fiant majores.
(86) Quod parum est quasi nihil differt ab eo quod non est.
(87) Omnis diversitas videtur facere seditionem.
(88) Seditiones quae parvae sunt primo quasi non fuerint, inter dominos convalescunt.
(89) Principium alicujus videtur esse dimidium totius. Pater et filius simul principari nequeunt.
(90) Politiae maxime dissolvuntur propter justitiae transgressionem.
(91) Contrariorum contraria sunt factiva.
(92) Parvae expensae saepe factae substantias saepe consumunt.

12 aliquid magis] magis aliquid D 18 Aristotelis] *om.* E 19 Quod] Uod WD 20 fit] sit L 25 ab] ad D 28 convalescunt] convelescunt P 29 esse] est Xf

---

(78) Cf. Arist., *Politica*, Δ11, 1296 b 7-9.
(79) Arist., *Politica*, Δ11, 1296 a 9-10.
(80) Arist., *Politica*, Δ15, 1299 a 34-36, a 39 - b 1.
(81) Arist., *Politica*, E1, 1301 a 35.
(82) Arist., *Politica*, E1, 1301 b 26-27.
(83) Arist., *Politica*, E1, 1301 b 3-6.
(84) Arist., *Politica*, E1, 1301 b 40 - 1302 a 1.
(85) Arist., *Politica*, E2, 1302 a 29-31.
(86) Arist., *Politica*, E3, 1303 a 24-25.
(87) Arist., *Politica*, E3, 1303 b 14.
(88) Cf. Arist., *Politica*, E4, 1303 b 19-20.
(89) Arist., *Politica*, E4, 1303 b 29.
Cf. Arist., *Politica*, E6, 1305 b 8-9.
(90) Arist., *Politica*, E7, 1307 a 5-7.
(91) Arist., *Politica*, E8, 1307 b 29.
(92) Arist., *Politica*, E8, 1307 b 33-34.



(93) Periculosum est principi dare subdito suo magnos honores.
(94) Regnum servatur per amicos.
(95) Rex justitiam servare debet.
(96) Contumelia est causa irae.
(97) Nullus manum suam mittit ad impossibilia.
(98) Non de facili potest invadi qui est sobrius et vigilans, sed qui est dormiens, quapropter principes, ut non sint invasibiles, somnum et ebrietatem multum evitare debent.
(99) Princeps debet esse deicola, quia minus timent homines injustum pati a principe, si deicolam putant ipsum esse.
(100) Oportet principem bonos honorare et ipsummet honorem distribuere.
(101) Supplicia autem non debet distribuere per se, sed per alios.
(102) Si princeps aliquem de potestate sibi tradita vult deponere, gradatim hoc debet facere et non simul auferre totam potestatem.

**Sequuntur auctoritates VI libri Politicorum Aristotelis.**

(103) Opus libertatis est vivere ut aliquis vult, quia servus non vivit ut vult.
(104) Pluralitas in electione personarum praefertur paucitati, similiter magnitudo dignitatis praefertur parvitati.
(105) Optimus populus est qui terrae cultrius est.

50 Opus] Pus WD libertatis] libettatis P aliquis] *om.* E 53 parvitati] pravitati LW

---

(93) Cf. Arist., *Politica*, E8, 1308 b 10-14.
(94) Arist., *Politica*, E11, 1313 b 29-30.
(95) Arist., *Politica*, E10, 1310 b 40 - 1311 a 1.
(96) Arist., *Politica*, E10, 1311 a 33-34.
(97) Arist., *Politica*, E11, 1314 a 23-25.
(98) Cf. Arist., *Politica*, E11, 1314 b 34-36.
(99) Arist., *Politica*, E11, 1314 b 38 - 1315 a 2.
(100) Arist., *Politica*, E11, 1315 a 2-4, 6-7.
(101) Arist., *Politica*, E11, 1315 a 7-8.
(102) Arist., *Politica*, E11, 1315 a 12-14.
(103) Arist., *Politica*, Z2, 1317 b 11-13.
(104) Cf. Arist., *Politica*, Z3, 1318 a 28-29, 32-33.
(105) Arist., *Politica*, Z4, 1318 b 9-10.

---

37 *Contumelia* : ce terme est issu de la traduction latine de la *Politique* et ne rend pas le sens du mot grec ὕβρεως.
54 *cultrius* : ce mot est probablement une altération du terme *cultivus*.

(106) Agricolae qui non habent necessaria circa opera immorantur et aliena non concupiscunt.
(107) Agricolae magis concupiscunt lucrum quam honorem, quia delectabilius est eis laborare quam principari.
(108) Non est facile civitatem permanere sine legibus et consuetudinibus compositam.
(109) Quanto aliquid est pejus, tanto majori indiget cautela.
(110) Necesse est in omni civitate aliquid vendi et emi.
(111) Pravos non est securum facere dominos, quia ipsi magis indigent custodia aliorum quam alios possunt custodire.
(112) Oportet in civitate aliquos esse curam deorum habentes, ut sacerdotes.

**Sequuntur auctoritates VII libri Politicorum Aristotelis.**

(113) Triplex est bonum, scilicet bonum animae, bonum corporis et bonum extrinsecus proveniens.
(114) Sine his quattuor virtutibus, scilicet fortitudine, temperantia, justitia et prudentia, nemo dicitur esse beatus.
(115) Omnis excessus rerum, vel nocet, vel nihil proficit.
(116) Anima pretiosior est corpore et omni possessione.
(117) Animae bonum pretiosius est omnibus bonis.

58 laborare] labore LXP 62 et] vel D 64 possunt] possint LWPf 68 Triplex] riplex WD 70 Sine] Sive D

---

(106) Arist., *Politica*, Z4, 1318 b 13-14.
(107) Arist., *Politica*, Z4, 1318 b 14-17.
(108) Arist., *Politica*, Z4, 1319 b 3-4.
(109) Arist., *Politica*, Z6, 1320 b 32-33.
(110) Arist., *Politica*, Z8, 1321 b 14-15.
(111) Arist., *Politica*, Z8, 1322 a 24-26.
(112) Cf. Arist., *Politica*, Z8, 1322 b 18-19.
(113) Arist., *Politica*, H1, 1323 a 24-27.
(114) Arist., *Politica*, H1, 1323 a 27-29.
(115) Arist., *Politica*, H1, 1323 b 8-9.
(116) Arist., *Politica*, H1, 1323 b 16-17.
(117) Arist., *Politica*, H1, 1323 b 16-18.

---

59-60 Cette citation n'est pas la reproduction fidèle du texte d'Aristote : ... *neque facile permanere non bene compositam legibus et consuetudinibus.*



(118) Teste deo quod in omnibus exterioribus bonis non est felicitas, quia felix quis est qui nullo exteriorum bonorum utitur.
(119) Duplex est felicitas, scilicet politica et contemplativa, inter quas contemplativa est melior.
(120) Bonum animae est optimum et eligibilissimum.
(121) Non est possibile politicam esse optimam sine moderata abundantia.
(122) Felicitas est perfectus usus virtutis.
(123) Potentia est in junioribus, prudentia vero in senioribus.
(124) Inter omnia animalia, solus homo habet rationem.
(125) Necesse est futurum principem subditum fuisse.
(126) Finis generationis ut in pluribus, in viris est numerus LXX annorum, in mulieribus vero XL.
(127) Mulieribus convenit conjugari circa annum XVIII, viris autem circa annum XXVII.
(128) Juvenum coitus pravus est ad generationem filiorum, similiter et senum.
(129) Lactis alimentum maxime est familiare corporibus puerorum.
(130) Bonum est pueris esse sine vino.

75 exterioribus] exteribus D 76 exteriorum bonorum] bonorum exteriorum X 80 politicam] politiam D 82 perfectus] perfectas D 89 annum] *om.* ED 92 familiare] familiari X

---

(118) Arist., *Politica*, H1, 1323 b 23-26.
(119) Petrus de Alvernia, *In libros Politicorum...*, VII, lect. 2, n. 1081, 1082.
Cf. Arist., *Politica*, H2, 1324 a 27-29.
Arist., *Ethica ad Nicomachum*, K7, 1177 a 16-18, 1178 a 7-9.
(120) Cf. Arist., *Politica*, H1, 1323 b 16-21.
(121) Arist., *Politica*, H4, 1325 b 37-38.
(122) Arist., *Politica*, H8, 1328 a 37-38.
(123) Arist., *Politica*, H9, 1329 a 14-16.
(124) Arist., *Politica*, H13, 1332 b 3-5.
(125) Arist., *Politica*, H14, 1333 a 2-3.
(126) Arist., *Politica*, H16, 1335 a 7-11.
(127) Arist., *Politica*, H16, 1335 a 28-29.
(128) Arist., *Politica*, H16, 1335 a 11-12.
Cf. Arist., *Politica*, H16, 1335 b 29-30.
(129) Arist., *Politica*, H17, 1336 a 7-8.
(130) Petrus de Alvernia, *In libros Politicorum...*, VII, lect. 12, n. 1245.
Cf. Arist., *Politica*, H17, 1338 a 8.

---

87 *XL* : le texte d'Aristote est *L*.
89 *XXVII* : le texte d'Aristote est *XXXVII*.

(131) Juvenes custodiendi sunt ut non dicant, nec audiant aliquod turpe, quia ex dicere et audire aliquid turpium, facile eos facere aliquid turpium contingit.
(132) Juvenes maxime ab ebrietate custodiendi sunt.
(133) Omnia amamus magis in principio.
(134) Ars supplet defectum naturae.

**Sequuntur auctoritates VIII libri Politicorum Aristotelis.**

(135) Omnis laborans requie indiget.
(136) Ludus fit propter requiem.
(137) Continuum et continue debet esse studium.
(138) Musica valet ad deductionem temporis et delectationem sive recreationem et ideo pueris valet studere in musica.
(139) Non solum pueri erudiendi sunt, scilicet in arte utili et necessaria, sed etiam in artibus liberalibus et honestis, ut est litterarum eruditio, et in artibus delectabilibus, ut in musica.
(140) Facilius est habere unum, vel paucos bene sapientes quam plures.
(141) Requies de necessitate est delectabilis, quia est medicinae tristitiae quae est in labore.
(142) Musica est potens laetificare homines.
(143) Anima naturaliter delectatur in musicis melodiis.

95 turpium] tupium E 1 Omnis] Mnis WD 5 et ideo pueris valet] et eo pueris prodest W 9 plures] multos X 13 naturaliter delectatur] delectatur naturaliter LWPE

---

(131) Arist., *Politica*, H17, 1336 b 3-8.
(132) Cf. Arist., *Politica*, H17, 1336 b 33-35.
(133) Arist., *Politica*, H17, 1336 b 33.
(134) Arist., *Politica*, H17, 1337 a 1-3.
(135) Arist., *Politica*, Θ3, 1337 b 38.
(136) Arist., *Politica*, Θ3, 1337 b 38-39.
(137) Arist., *Politica*, Θ1, 1337 a 26-27.
(138) Cf. Arist., *Politica*, Θ5, 1340 b 10-13, 1139 b 20-27.
(139) Arist., *Politica*, Θ3, 1338 a 30-32.
Cf. Arist., *Politica*, Θ3, 1338 36-40.
(140) Petrus de Alvernia, *In libros Politicorum...*, VIII, lect. 1, n. 1279.
(141) Arist., *Politica*, Θ5, 1339 b 16-17.
(142) Arist., *Politica*, Θ5, 1339 b 21-24.
(143) Arist., *Politica*, Θ5, 1340 a 4.

---

3 *Continuum et continue*: la leçon correcte de ce passage serait *communium et commune.*



(144) Melodia iratos homines et aliis passionibus occupatos saepe alleviat illos laetos faciendo.
(145) Ebrietas homines impetuosos facit.

**Sequuntur auctoritates super primum librum Rhetoricorum Aristotelis.**

(1) Rhetorica est assecutiva dialecticae.
(2) Litigantis nihil est aliud, nisi ostendere, quia res est, vel non est, aut quia perfecta est, vel non et utrum sit justa, vel injusta oportet ipsum judicem cognoscere et non addiscere a litigantibus.
(3) Facilius est habere unum vel paucos bene sapientes quam plures.
(4) Amor, odium et proprium commodum saepe faciunt judicem non cognoscere verum.
(5) Rhetorica docet justa et vera persuadere et contraria eorum fugere.
(6) Si inconveniens et turpe est aliquem se non posse defendere corpore, multo magis inconveniens est et turpe se non posse defendere sermone.
(7) Nulla ars considerat particulare, quia particularia sunt infinita et non scibilia.
(8) De necessariis et impossibilibus non consiliamur, sed de contingentibus et aliter se habere potentibus quae in nostra potestate sunt.

17 Sequuntur] *om.* E 17-18 Aristotelis] *om.* E 19 Rhetorica] Hetorica WD 21 vel] aut LWPE 23 plures] multos X 24 proprium commodum] commodum proprium L 29 se] *om.* XPfED 31 ars] res LWP

---

(144) Arist., *Politica*, Θ7, 1342 a 7-11.
(145) Arist., *Politica*, Θ7, 1342 b 26-27.
(1) Arist., *Rhetorica*, A1, 1354 a 1-3.
(2) Arist., *Rhetorica*, A1, 1354 a 26-31.
(3) Arist., *Rhetorica*, A1, 1354 a 34 - b 1.
(4) Arist., *Rhetorica*, A1, 1354 b 8-10.
(5) Cf. Arist., *Rhetorica*, A1, 1355 a 20-22.
(6) Arist., *Rhetorica*, A1, 1355 a 38 - b 1.
(7) Arist., *Rhetorica*, A2, 1356 b 28-29, 32-33.
(8) Arist., *Rhetorica*, A2, 1357 a 4-7.

---

26-27 Cette citation ne reproduit pas le sens du passage correspondant d'Aristote: *χρήσιμος δ'ἐστὶν ἡ ῥητορικὴ διά τε τὸ φύσει εἶναι κρείττω τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια τῶν ἐναντίων...*

(9) Nobilitas gentis vel civitatis est homines antiquos esse praesides, principes et insignes et multos insignes ex eis prodiisse.

(10) Nobilitas singularis est quae a viris ac mulieribus fit propter divitias, vel virtutes, vel propter aliquod aliud propter quod homo honoratur.

(11) Honor est benefactivae operationis signum, quia illi maxime et juste honorantur qui beneficia dare possunt.

(12) Multi sine virtutibus corporis longaevi inveniuntur.

(13) Consilium non est de fine, sed de his quae sunt ad finem.

(14) Omnia bonum appetunt et tertio Ethicorum.

(15) Exercitium, ut in pluribus, conservat sanitatem.

(16) Cujus contrarium est malum, illud est bonum.

(17) Quicquid fuerit superabundans et magis quam esse debeat, hoc est malum.

(18) Facilia sunt quaecumque sine tristitia sunt et in modico tempore sunt, sicut simpliciter ad simpliciter, magis ad magis, maximum ad maximum et e contra.

(19) Sine causa et principio, impossibile est aliquid esse vel fieri.

(20) Subtiliter videre melius est quam subtiliter odorare, quia visus melior est odoratu.

(21) Pulchrius est esse amatorem sociorum quam pecuniarum.

(22) Multa quae naturaliter non sunt delectabilia, cum assuefacta fuerint, delectabilia sunt.

39 aliquod] aliquid E    42 qui] quia fD; quando LXP    48 fuerit] furtit LP

(9) Arist., *Rhetorica*, A5, 1360 b 31-33.
(10) Arist., *Rhetorica*, A5, 1360 b 34-37.
(11) Arist., *Rhetorica*, A5, 1361 a 27-29.
(12) Arist., *Rhetorica*, A5, 1361 b 33.
(13) Arist., *Rhetorica*, A6, 1362 a 18-19.
(14) Arist., *Rhetorica*, A6, 1362 a 23.
(15) Arist., *Rhetorica*, A6, 1362 a 33-34.
(16) Arist., *Rhetorica*, A6, 1362 b 30-31.
(17) Arist., *Rhetorica*, A6, 1363 a 1-2.
(18) Arist., *Rhetorica*, A6, 1363 a 23.
Cf. Arist., *Rhetorica*, A7, 1363 b 21-22.
(19) Arist., *Rhetorica*, A7, 1364 a 11-12.
(20) Arist., *Rhetorica*, A7, 1364 a 37 - b 1.
(21) Arist., *Rhetorica*, A7, 1364 b 1-2.
(22) Arist., *Rhetorica*, A10, 1369 b 17-18.

50 *et* : la leçon correcte serait *aut*.



(23) Quod consuetum est, velut innatum est, quia consuetudo est similis naturae.

(24) Diligere est delectabile, quia nullus diligit unum, nisi delectetur in eo.

(25) Omne consuetum est delectabile.

(26) Addiscere aliquid delectabile est.

(27) Justum est ei gratiam facere qui gratiam fecit.

(28) Justum est auxiliari amicis.

**Sequuntur auctoritates II libri Rhetoricorum Aristotelis.**

(29) Ira est appetitus cum tristitia punitivus propter parvipensionem sui ipsius vel suorum.

(30) Ad omnem iram sequitur delectatio propter spem puniendi, unde dicit Homerus quod ira est dulcior melle stillante.

(31) Infirmi, coeuntes, bellantes, amantes, sitientes et universaliter desiderantes aliquid et non consequentes illud de facili irascuntur.

(32) Si quis in philosophia cupit delectari, irascetur qui eam decipit.

(33) Oblivio est signum parvipensionis.

(34) Mansuetudo est quietatio irae.

(35) Nullus se ipsum parvipendit.

(36) Servos arrogantes et contradicentes magis flagellamus.

63 est delectabile] delectabile est X    65 Justum ... fecit] *om.* L    68 Ira] Ra D
71 melle] melie W    74 eam] eum W    decipit] decepit D

(23) Arist., *Rhetorica*, A11, 1370 a 6-7.
(24) Arist., *Rhetorica*, A11, 1371 a 17-18.
(25) Arist., *Rhetorica*, A10, 1369 b 16-17.
(26) Cf. Arist., *Rhetorica*, A11, 1371 a 31-32.
(27) Arist., *Rhetorica*, A13, 1374 a 23.
(28) Arist., *Rhetorica*, A13, 1374 a 24-25.
(29) Arist., *Rhetorica*, B2, 1378 a 31-33.
(30) Arist., *Rhetorica*, B2, 1378 b 1-2, 5-7.
(31) Cf. Arist., *Rhetorica*, B2, 1379 a 15-17.
(32) Arist., *Rhetorica*, B2, 1379 a 28, 34-35.
(33) Arist., *Rhetorica*, B2, 1379 b 16.
(34) Arist., *Rhetorica*, B3, 1380 a 7-8.
(35) Arist., *Rhetorica*, B3, 1380 a 12-13.
(36) Arist., *Rhetorica*, B3, 1380 a 16-17.

61 *unum* : la leçon correcte serait *vinum*.
72 *coeuntes* : il faudrait normalement faire précéder ce terme de *non*.

(37) Manifesta negare irreverentia est.
(38) Tempus quietat iram.
(39) Amicus est qui amat et e converso qui amatur.
(40) Amicus gaudet de bonis et dolet de tristibus sui amici.
(41) Signa voluptatis sunt delectationes et tristitiae.
(42) Ira est feminarum inimicitiae et odii.
(43) Laudare praesentem adulari est.
(44) Aliquem sua propria narrare jactantia est.
(45) Turpe est ignorare quod omnibus scire contingit.
(46) Omne malum erubescibile est, de bonis autem operibus nullus erubescere debet.
(47) Superari ab inimicis mirabile est.
(48) Similis simili invidet si in hoc quod sunt similes unus excedit alium, unde figulus odit figulum.
(49) Nobilitas est progenitorum nobilitas attenditur secundum virtutem generis.
(50) Generosum non dicitur de genere, sed a natura.

84 odii] odium W 91 simili] sibi L invidet] et *add.* E 92 figulus] figilus X

---

(37) Arist., *Rhetorica*, B3, 1380 a 19.
(38) Arist., *Rhetorica*, B3, 1380 b 6.
(39) Arist., *Rhetorica*, B4, 1381 a 1-2.
(40) Arist., *Rhetorica*, B4, 1381 a 4-5.
(41) Arist., *Rhetorica*, B4, 1381 a 7-8.
(42) Arist., *Rhetorica*, B4, 1382 a 1-2.
(43) Arist., *Rhetorica*, B6, 1383 b 32.
(44) Arist., *Rhetorica*, B6, 1384 a 6-7.
(45) Cf. Arist., *Rhetorica*, B6, 1384 a 12-13.
(46) *Locus non inventus.*
(47) *Locus non inventus.*
(48) Cf. Arist., *Rhetorica*, B10, 1388 a 14-16.
(49) Arist., *Rhetorica*, B15, 1390 b 18-19, 22.
(50) Cf. Arist., *Rhetorica*, B15, 1390 b 22-23.

---

83 *voluptatis* : cette leçon devrait être remplacée par *voluntatis*.
84 *feminarum* : ce mot ne figure pas dans le texte d'Aristote. A cet endroit, on trouve la forme *factiva*.
93 *progenitorum* : il faudrait ajouter *honorabilitas* après ce mot pour traduire le texte d'Aristote.
95 Le texte de cette citation est corrompu et ne rend pas le sens de la phrase d'Aristote : *ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τήν τοῦ γένους ἀρέτην, γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι τῆς φύσεως.*



(51) Multi sunt qui indigent habentibus.
(52) Pejores sunt nuper ditati quam ditati ab antiquo.
(53) Si sine arte et operatione aliquid fieri possibile est, magis per artem et curam aliquid fieri possibile est, unde ubi philosophi fuerunt praesides, felix fuit civitas, similiter impie agunt qui dicunt fieri deos et qui mori dicunt eos.
(54) Nihil est sine causa.
(55) Omnis fur malignus est.

**Sequuntur auctoritates III libri Rhetoricorum Aristotelis.**

(56) Quod mirabile est, delectabile est.
(57) Contraria juxta se posita magis apparent, sive elucescunt.
(58) Honestas vel turpitudo nominis, vel est signato, vel signo.
(59) Qui mortuos spoliant assimilantur canibus qui lapidem mordent.
(60) Infinitum non est scibile.
(61) Omnia terminantur numero.
(62) Quod est brevius, semper est delectabilius.
(63) Intellectus est lumen quod deus infundit.
(64) Omnem transferentem oportet transferre a similitudinibus et manifestis.
(65) Prooemium est principium orationis.
(66) Prooemium habet se in oratione, sicut praeludium in fistulis.

96 habentibus] hominibus W 00 fuerunt] fuerint X 4 libri] *om.* E Aristotelis] *om.* E 5 Quod] Uod WD 11 est²] *om.* D

---

(51) Arist., *Rhetorica*, B16, 1391 a 7-8.
(52) Arist., *Rhetorica*, B16, 1391 a 14-17.
(53) Arist., *Rhetorica*, B19, 1392 a 5-7, B23, 1398 b 18-19, 1399 b 6-7.
(54) Arist., *Rhetorica*, B23, 1400 a 31.
(55) Arist., *Rhetorica*, B24, 1401 b 14.
(56) Arist., *Rhetorica*, Γ2, 1404 b 12.
(57) Arist., *Rhetorica*, Γ3, 1405 a 12-13.
(58) Arist., *Rhetorica*, Γ2, 1405 b 6-8.
(59) Arist., *Rhetorica*, Γ4, 1406 b 33-34.
(60) Arist., *Rhetorica*, Γ8, 1408 b 27-28.
(61) Arist., *Rhetorica*, Γ8, 1408 b 28.
(62) Cf. Arist., *Rhetorica*, Γ10, 1410 b 18.
(63) Arist., *Rhetorica*, Γ10, 1411 b 12-13.
(64) Arist., *Rhetorica*, Γ11, 1412 a 9-11.
(65) Arist., *Rhetorica*, Γ14, 1414 b 19.
(66) Arist., *Rhetorica*, Γ14, 1414 b 19-20.

(67) Oportet facere viam in anima auditoris futurae orationis quod fit per prooemium.

(68) Quod magis dicturus quis est, de hoc prooemizare debet.

(69) Prooemia auctores debent facere benivolos et attentos.

(70) Laus est sermo dilucidans magnitudinem personae.

(71) De futuris non est narratio, sed praeterita acta oportet credi.

**Sequuntur auctoritates super primum librum Poetriae.**

(1) Omnis oratio poetica, vel est laudatio, vel vituperatio.

(2) Ars poetica est ars logicalis.

(3) Compositor sermonum metrorum in naturalibus potius est denominandus auctor sermocinalis quam poeta.

(4) Omnis motus et omnis actio versatur circa ultima.

(5) Homo naturaliter delectatur in metro et symphonia.

(6) Exemplis utimur docendo ut facilius intelligatur quod dicitur.

(7) Doctrina naturaliter procedit de homine in hominem secundum operationem quam habet ad discipulum.

(8) Animae virtuosae et nobiles naturaliter invenerunt artes carminum ad laudandum.

(9) Animae vero deficientes in his adinvenerunt carmina ad vituperandum.

(10) Bonitas artis laudandi consistit in metro prolixo et non curato.

19 Quod] autem *add.* XfD 20 auctores] auditores W 21 dilucidans] dulcidans LWP 24 Omnis] Mnis D 26 Compositor] Compositorum LWPED 29 symphonia] sophonia D 30 intelligatur] intelligitur Xf 32 habet] doctor *add.* W 37 curato] curtato W

---

(67) Arist., *Rhetorica*, Γ14, 1414 b 19, 21, 25-26.
(68) Cf. Arist., *Rhetorica*, Γ14, 1415 a 12-13, b 7-8.
(69) Arist., *Rhetorica*, Γ14, 1415 a 34-35.
(70) Arist., *Rhetorica*, A9, 1367 b 26-27.
(71) Arist., *Rhetorica*, Γ16, 1417 b 12-13.
(1) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 41.
(2) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 43.
(3) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 43.
(4) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 43.
(5) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 45.
(6) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 45.
(7) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 45.
(8) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 45.
(9) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 45.
(10) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 46.

---

21 *personae* : il faudrait probablement remplacer cette leçon par *virtutis*.



**Sequuntur auctoritates II libri Poetriae.**

(11) Totum et completum est quod habet principium, medium et finem.

(12) Locum medium obtinebunt in bello qui fortes sunt.

(13) Locum, scilicet medium, inter timidum et audacem.

(14) Omnis sermo, si brevior sit quam debeat, obscurat intellectum, si longior fuerit, difficilis est retentionis et discipulo oblivionem inducit.

(15) Uni rei multa accidunt.

(16) Oportet ut ars in hoc naturam imitetur, ut, omnia quae agit, agat secundum unum propositum et unum finem.

(17) Rebus non existentibus in natura non imponuntur nomina, nisi raro.

**Commentator.**

(18) Suave est homini quod consuevit tota sua vita.

(19) Secundum Aristotelem : Ira est tristitia et perturbatio quaedam in vehementi appetitu vindictae.

(20) Quod quis non credit, non movet ipsum, nec ad timendum, nec ad miserandum.

(21) Non contristatur, nec laeditur aliquis in tantum propter malum quod infertur sibi ab inimicis in quantum contristatur et laeditur propter malum sibi illatum ab amicis.

(22) In quolibet genere est aliquod bonum, licet in eo inveniuntur aliqua non bona.

39 Totum] Otum D et] *om.* D 41 obtinebunt] obtinebit ED 44 oblivionem] oblivione D 48 unum[1]] *om.* D 53 Aristotelem] Aristotilem f 57 laeditur] seditur L

---

(11) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 50.
(12) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 50.
(13) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 50.
(14) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 50.
(15) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 51.
(16) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 51.
(17) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 52.
(18) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 54.
(19) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 56.
(20) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 56.
(21) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 57.
(22) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 57.

(23) Propter usus et consuetudines malas et perversas non laudatur quisquam.

(24) Qui beneficia invenit compedes invenit.

(25) Res nullae sunt stabiles quae cum fluxu temporis fluunt et fluxibiles sunt.

(26) Aristoteles : In inferno continua est tristitia et maeror inconsolabilis.

(27) Littera est simplicissimum elementum ex quibus locutio constituitur.

**Sequuntur auctoritates Epistulae de bene vivere sive agere Alexandro regi missae.**

(1) Melius est animam habere abundantem scientiis quam habitum corporis bene indutum.

(2) Eos qui ratione utuntur et cum hac agunt omnia tamquam bonos et optimos existentes laudamus.

(3) Eos autem qui sine ratione aliquid agunt, tamquam rudes et bestiales existentes ostendimus.

(4) Sicut vita sine tristitia delectabilis est, ita ratiocinatio secundum animam laudabilis est.

(5) Concupiscentia et ira et reliquis similibus reliqua utuntur animalia, ratione autem nullum animalium nisi homo.

(6) Suadeo tibi attingere rationem philosophiae.

62 malas et perversas] malos et perversos XfD 69 quibus] litteris *add.* W 73 Melius] Elius WD 77 autem] *om.* L 80 laudabilis est] est laudabilis E

---

(23) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 58.
(24) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 59.
(25) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 61.
(26) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 64.
(27) Averroes, *Expositio poeticae*, p. 65.
(1) *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1420 a 15-17.
(2) *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1420 a 28-30.
(3) *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1420 a 30 - b 5.
(4) Cf. *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1420 b 11-12.
(5) *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1421 a 10-12.
(6) *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1421 a 15-16.

---

78 *ostendimus* : la leçon correcte serait *odimus*.



(7) Sicut conservativum corporis est sanitas, ita conservativum animae est eruditio.

(8) Eruditione praecedente non contingit peccare circa actionem.

(9) Sicut videre est delectabile oculis, sic oculis animae intueri acute amabile est.

(10) Sicut dux est salvator exercitus, sic ratio cum eruditione est dux vitae.

**De regimine principum Aristotelis eruditio.**

(1) Deo nihil est difficile et sine eo nihil est possibile possideri.

(2) Quicquid datur indigno, perditur.

(3) Summa bonitas est in rege abstinere a pecuniis et possessionibus subditorum.

(4) Tunc solent homines timere regem, quando vident eum timere deum.

(5) Summa sapientia est in rege se ipsum regere.

(6) Honorificum est regi a multiloquio se abstinere.

(7) Nimia familiaritas contemptum parit.

(8) Noli appetere quod transitorium est, sed procura tibi divitias immortales.

(9) Dirige semper cogitationes in bonum.

(10) Noli te inclinare ad coitum mulieris, quia coitus est quaedam proprietas porcorum.

91 principum] principium E 92 Deo] Eo WD 00 contemptum] comtemptum E

---

(7) *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1421 a 16-18.
(8) *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1421 a 18-19.
(9) *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1421 a 21-23.
(10) *Rhetorica ad Alexandrum*, 1, 1421 a 23-24.
(1) *Secretum secretorum*, III, 24.
(2) *Secretum secretorum*, IV, 11.
(3) *Secretum secretorum*, V, 3.
(4) *Secretum secretorum*, IX, 7.
(5) *Secretum secretorum*, X, 3.
(6) *Secretum secretorum*, XI, 1.
(7) *Secretum secretorum*, XI, 2.
(8) *Secretum secretorum*, XIII, 1-2.
(9) *Secretum secretorum*, XIII, 2.
(10) *Secretum secretorum*, XIV, 1.

---

88 *amabile* : il faudrait corriger *amabile* en *mirabile*.

(11) Quae gloria tibi est, si exerces vitium irrationabilium animalium et actus brutorum?
(12) Coitus est destructio corporis et abbreviatio vitae.
(13) Cave effundere sanguinem humanum.
(14) Facta circa praeterita documenta dant in futuris.
(15) Minorem ne contempseris quia minor ascendere potest ad honores et tunc potentior erit ad nocendum.
(16) Noli penitere de praeteritis, quia hoc proprium est debilium mulierum.
(17) Deus gloriosus nihil otiosum facit.
(18) Sine vacuo est natura.
(19) Ad potentiam intellectus nihil est difficile.
(20) Cuncta sunt scibilia via rationis.
(21) Futura si praesciantur facilius tolerantur et prudentius declinantur.
(22) Conservatio sanitatis melior est omni medicina.
(23) Necessitas non habet legem.
(24) Consuetudo est altera natura.
(25) Mutatio consuetudinis non est subita, sed successiva.
(26) Inferiora a superioribus reguntur.
(27) Justitia regnantis utilior est subditis quam fertilitas temporis.

9 sanguinem] sangninem f 17 Ad] Apud X 19 prudentius] prudentus W; prudenter LP 24 successiva] excessiva LWP

---

(11) *Secretum secretorum*, XIV, 2.
(12) *Secretum secretorum*, XXI, 3.
(13) *Secretum secretorum*, XIV, 3.
(14) *Secretum secretorum*, XXI, 8.
(15) *Secretum secretorum*, XXI, 9.
(16) *Secretum secretorum*, XXIII, 3.
(17) *Secretum secretorum*, XXVI, 2.
(18) *Secretum secretorum*, XXVI, 2.
(19) *Secretum secretorum*, XXVI, 6.
(20) *Secretum secretorum*, XXVI, 6.
(21) *Secretum secretorum*, XXVI, 9.
(22) *Secretum secretorum*, XXVII, 1.
(23) *Secretum secretorum*, XXXIV, 4.
(24) *Secretum secretorum*, XXXIV, 4.
(25) *Secretum secretorum*, XXXIV, 4.
(26) *Secretum secretorum*, LXI, 1.
(27) *Secretum secretorum*, LXI, 7.



(28) Consilium est oculus futurorum.
(29) Nobilissimum animalium est homo.

**Auctoritates libri Aristotelis De pomo et morte.**

(1) Saepius mihi philosophia visa est res divina.
(2) Mors nihil est, nisi recessus animae a corpore.
(3) Sapiens debet laetari de morte sua et non dolere.
(4) Philosophia docet hominem cognoscere suum creatorem.
(5) Docentes alios mentiri non debent.
(6) Logica est similis scorpioni in tiriaca quae licet de se sit venenum tamen in tiriaca existens remedium praestat dolorem patienti.
(7) Beata est anima quae non fuit infecta pravis operationibus hujus mundi.
(8) Vae animae peccatrici quae non habet posse redeundi ad locum suum, unde exivit, quia turpia opera et delectationes carnales impediunt ejus ascensum sursum.

**Sequuntur morales auctoritates Senecae ad Lucilium Balbum et hoc congruo ordine ante progressum ad logicalia Aristotelis et aliorum.**

(1) Turpissima est jactura quae fit per ignorantiam et negligentiam.
(2) Fastidientis stomachi est multa desiderare, sed pauca degustare.
(3) Ubi diversa sunt cibaria, ibi nutrimenta pauca, quia diversa minus alunt.

30 saepius] Aepius WD 33 suum creatorem] creatorem suum L 35 scorpioni] scorpionis L quae] qui D 42 Lucilium] Lucillum W 45 Turpissima] Urpissima WD ignorantiam] ignoranriam W 46 Fastidientis] Fastidientes L est] et LWPED

---

(28) *Secretum secretorum*, LXVII, 30.
(29) *Secretum secretorum*, LXV, 1.
(1) *De pomo et morte*, p. 208, 145-146.
(2) *De pomo et morte*, p. 49, l. 11-12.
(3) *De pomo et morte*, p. 53, l. 8-9.
(4) *De pomo et morte*, p. 54, l. 19-20.
(5) *De pomo et morte*, p. 59, l. 2-3.
(6) *De pomo et morte*, p. 63, l. 5-7.
(7) *De pomo et morte*, p. 64, l. 2-3.
(8) *De pomo et morte*, p. 64, l. 6-10.
(1) SENECA, *Ad Lucilium*, I 1, 1.
(2) SENECA, *Ad Lucilium*, I 2, 4.
(3) SENECA, *Ad Lucilium*, I 2, 4.

(4) Peregrini multa habent hospitia, nullas amicitias.
(5) Nusquam deest, qui ubique est.
(6) Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est.
(7) Non prodest cibus corpori, cum statim sumptus emittitur.
(8) Nihil impedit ita sanitatem, sicut crebra remediorum tentatio aut immutatio.
(9) Non enim venit vulnus ad cicatricem in quo medicina saepe negligitur ac diversimode temperatur, sicut nec convalescit planta quae saepe transfertur.
(10) Laeta paupertas est res honesta.
(11) Non qui parum habet est pauper, sed qui plus cupit.
(12) Cum amico omnia deliberare, sed te amico prius.
(13) Utrumque est vitium omni credere et nulli.
(14) Pessimum est quod habemus auctoritates senum, vitia vero puerorum.
(15) Noli fortunae credere in momento enim mare vertitur.
(16) Infirmi animi est non poscere divitias.
(17) Nullius rei jocunda est possessio sine socio.
(18) Unum exemplum luxuriae, sive avaritiae, multa mala facit.
(19) Cum illis conversari debes qui te jocundum facturi sunt vel meliorem.
(20) Illos admitte, quos tu meliores facere potes.

53 sanitatem] sanitate L 55 enim] cito W 65 poscere] posse L; posce XPfE 66 Nullius] Nullus LWD

---

(4) Seneca, *Ad Lucilium*, I 2, 2.
(5) Seneca, *Ad Lucilium*, I 2, 2.
(6) Seneca, *Ad Lucilium*, I 8, 9.
(7) Seneca, *Ad Lucilium*, I 2, 3.
(8) Seneca, *Ad Lucilium*, I 2, 3.
(9) Seneca, *Ad Lucilium*, I 2, 3.
(10) Seneca, *Ad Lucilium*, I 2, 6.
(11) Seneca, *Ad Lucilium*, I 2, 6.
(12) Seneca, *Ad Lucilium*, I 3, 2.
(13) Seneca, *Ad Lucilium*, I 3, 4.
(14) Seneca, *Ad Lucilium*, I 4, 2.
(15) Seneca, *Ad Lucilium*, I 4, 7.
(16) Seneca, *Ad Lucilium*, I 5, 6.
(17) Seneca, *Ad Lucilium*, I 6, 4.
(18) Seneca, *Ad Lucilium*, I 7, 7.
(19) Seneca, *Ad Lucilium*, I 7, 8.
(20) Seneca, *Ad Lucilium*, I 7, 8.



(21) Quid refert qualis status tuus sit, si videtur tibi malus.
(22) Sic vive cum hominibus tamquam deus videat.
(23) Sic loquere cum deo tamquam homines audiant.
(24) Quid est turpius quam senem vivere insipienter?
(25) Sine studio philosophiae aeger est animus.
(26) Non jubeo te semper scribere libros ac tabulas.
(27) Pugillaribus enim dandum est intervallum omnino.
(28) Pugilibus datur requies non ut virtus spolietur, sed ut magis acuatur.
(29) Scio neminem beate vivere sine studio sapientiae.
(30) Bonam vitam perfecta sapientia efficit.
(31) Non sit quod nos a philosophia removeat, nec paupertas, nec alicujus rei indigentia.
(32) Nemo dignus est deo, nisi opes contempserit.
(33) Philosophia docet nos facere et discernere.
(34) Magnus est ille qui in divitiis pauper est.
(35) Nemo dives nascitur.
(36) Pejores morimur quam nascimur.
(37) Incertum est quo loco mors te expectat itaque tu eam in omni loco expecta.
(38) Si quis percipit philosophiam, ita securus moritur, sicut nascitur.

77 omnino] *om.* E 78 Pugilibus] non *add.* XfD 79 acuatur] acuetur XfD

---

(21) Seneca, *Ad Lucilium*, I 9, 21.
(22) Seneca, *Ad Lucilium*, I 10, 5.
(23) Seneca, *Ad Lucilium*, I 10, 5.
(24) Seneca, *Ad Lucilium*, II 13, 17.
(25) Seneca, *Ad Lucilium*, II 15, 1.
(26) Seneca, *Ad Lucilium*, II 15, 6.
(27) Seneca, *Ad Lucilium*, II 15, 6.
(28) Seneca, *Ad Lucilium*, II 15, 6.
(29) Seneca, *Ad Lucilium*, II 16, 1.
(30) Seneca, *Ad Lucilium*, II 16, 1.
(31) Seneca, *Ad Lucilium*, II 17, 6.
(32) Seneca, *Ad Lucilium*, II 18, 13.
(33) Seneca, *Ad Lucilium*, II 20, 2.
(34) Seneca, *Ad Lucilium*, II 20, 10.
(35) Seneca, *Ad Lucilium*, II 20, 13.
(36) Seneca, *Ad Lucilium*, III 22, 15.
(37) Seneca, *Ad Lucilium*, III 26, 7.
(38) Seneca, *Ad Lucilium*, III 22, 16.

(39) Sola virtus praestat gaudium perpetuum et securum.
(40) Mens bona non accommodatur, nec emitur, et si venalis esset, non haberet emptorem, sed mala cotidie emitur.
(41) Initium sapientiae est cognitio peccati.
(42) Qui peccare se nescit, corrigi non vult.
(43) Generosus animus concitatur ad honesta.
(44) Magni animi est magna contemnere.
(45) Nemo bonus est sine deo.
(46) Quid est facilius propria in homine, aut aliena laudare?
(47) Non faciunt meliorem equum aurei freni.
(48) Nemo gloriari debet, nisi de suo.
(49) Lauda hominem in illo quod, nec dari, nec eripi potest, sed quod proprium hominis est, sed hoc non est domus, vel vestis pulchra, vel familia famosa, vel femina formosa, sed animus et ratio perfecta.
(50) Philosophia Platonem nobilem non accepit, sed eum nobilem fecit.
(51) Philosophia nullum rejicit, aut ejicit, sed lucet omnibus.
(52) Sic cum inferiori vivas, quemadmodum tecum superiorem vivere velis.
(53) Nulla servitus turpior quam voluntari<a>.
(54) Nihil est tam pertinax quod pervigilax operatio et diligens cura non expugnat vel permollit.

92 gaudium] gaudiunr P   94 emitur] emuntur LXPfED   96 se nescit] senescit LPf   2 suo] suis W   3 eripi] erigi LXPfD   quod[2]] quid XLED   12 voluntari<a>] voluntarius *cod.*   13 est] *om.* D

---

(39) Seneca, *Ad Lucilium*, III 27, 3.
(40) Seneca, *Ad Lucilium*, III 27, 8.
(41) Seneca, *Ad Lucilium*, III 28, 9.
(42) Seneca, *Ad Lucilium*, III 28, 9.
(43) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 39, 2.
(44) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 39, 4.
(45) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 41, 2.
(46) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 41, 6.
(47) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 41, 6.
(48) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 41, 7.
(49) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 41, 8.
(50) Seneca, *Ad Lucilium*, V 44, 3.
(51) Seneca, *Ad Lucilium*, V 44, 3.
(52) Seneca, *Ad Lucilium*, V 47, 11.
(53) Seneca, *Ad Lucilium*, V 47, 17.
(54) Seneca, *Ad Lucilium*, V 50, 6.



(55) Philosophiae servias, quia ipsi servire libertas est.
(56) Alienum est omne quicquid optando evenit.
(57) Si vis amari, tunc ama.
(58) Quicquid est ingenitum alicui non levi arte vincitur.
(59) Ille beatissimus est et securus sui possessor, qui crastinum diem sine sollicitudine expectat.
(60) Numquam enim in tantum contra virtutes nequitia invalescit ut nullum philosophiae sacrum et venerabile vestigium aut nomen permaneat.
(61) Subtilitas animae copia ciborum impeditur.
(62) Philosophia non consistit in verbis, sed in rebus.
(63) Philosophia animum sublevat, fabricat vitam, disponit actiones, regit agenda et omittenda demonstrat.
(64) Natura modicum petit.
(65) Naturalia desideria sunt infinita.
(66) Generosos animos labor nutrit.
(67) Te ipsum felicem facies, si intellexeris illa esse bona quibus virtus est admixta.
(68) Quid est bonum, nisi rerum scientia.
(69) Quid est malum, nisi rerum imperitia.
(70) Hoc est summum bonum quod si occupas, incipis esse deorum socius.

18 ingenitum] ingenium LWPE   levi] leve E;levitur W   19 securus] secnrus f   37 tutum] pulchrum W

---

(55) Seneca, *Ad Lucilium*, I 8, 7.
(56) Seneca, *Ad Lucilium*, I 8, 9.
(57) Seneca, *Ad Lucilium*, I 9, 6.
(58) Seneca, *Ad Lucilium*, I 11, 1.
(59) Seneca, *Ad Lucilium*, I 12, 9.
(60) Seneca, *Ad Lucilium*, II 14, 11.
(61) Seneca, *Ad Lucilium*, II 15, 3.
(62) Seneca, *Ad Lucilium*, II 16, 3.
(63) Seneca, *Ad Lucilium*, II 16, 3.
(64) Seneca, *Ad Lucilium*, II 17, 9.
(65) Seneca, *Ad Lucilium*, II 16, 9.
(66) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 31, 5.
(67) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 31, 5.
(68) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 31, 6.
(69) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 31, 6.
(70) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 31, 8.

(71) Ad summum bonum tutum est iter et jocundum.

(72) Natura dedit tibi illa bona quae si non deseris par deo consurges, sed te parem deo pecunia non facit, quia deus talium nihil habet, nec praetexta, quia deus nudus est, nec fama, nec ostensio tui in populo quae deus non novit, nec turba servorum sequentium te, quia deus maximus et potentissimus regit omnia, nec forma, nec vires, quia nihil eorum est quod non patiatur vetustatem.

(73) Quid ergo te deo parem facit? Certe animus bonus, rectus et magnus.

(74) Habent autem nihil aliud homines, nisi deum in humano corpore hospitatum.

(75) Principia totius operationis dimidium occupare videntur.

(76) Ad philosophiam te transfer, si vis esse sanus, si securus, si beatus, si liber.

(77) Si vis omnia tibi subici, subice te rationi; multos enim reges, si ratio te rexerit.

(78) Multum proficit sermo, si paulatim inrepserit animo.

(79) Plato dicit neminem esse regem, nisi ex servis esse ortum et neminem esse servum, nisi ex regibus esse ortum, sed omnia illa varietas fortunae miscuit et in sursum, deorsum naturae fortuna jactavit.

(80) Non refert quam multos libros, sed quam bonos habeas.

(81) Virga omne murmur compescitur.

(82) Philosophia hoc mihi promittit ut me deo parem faciat.

(83) Punctum est quid minimum et adhuc puncto aliquid minus.

39 talium nihil] nihil talium X 40 praetexta] vestimenta W 42 deus] *om.* D 51 tibi] te E subice] subici L 52 rexerit] rexerit L 56 deorsum] deorsumque W 58 libros] liberos W 60 mihi] nihil L faciat] faciet D

---

(71) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 31, 9.
(72) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 31, 9-10.
(73) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 32, 11.
(74) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 32, 11.
(75) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 34, 3.
(76) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 37, 3.
(77) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 37, 4.
(78) Seneca, *Ad Lucilium*, IV 38, 1.
(79) Seneca, *Ad Lucilium*, V 44, 4.
(80) Seneca, *Ad Lucilium*, V 45, 1.
(81) Seneca, *Ad Lucilium*, V 47, 3.
(82) Seneca, *Ad Lucilium*, V 48, 11.
(83) Seneca, *Ad Lucilium*, V 49, 3.



(84) Dociles natura nos edidit et rationem nobis dedit imperfectam quae tamen perfici potest.

(85) Omnia impedimenta dimitte et vaca ratione tota mente.

(86) Ad philosophiam totam mentem converte, huic assiste, hanc cole et tunc ingens intervallum est inter te et ceteros homines; omnes enim mortales antecedes et dei non multum te antecedent.

(87) Otium et sollicitudo non faciunt hominem bonum.

(88) Nulla subtilitas est sine difficultate.

(89) Omnia habere nemo potest.

(90) Singulis rebus modum exhibeas.

(91) Omnis ars est imitatio naturae.

(92) Contemptus corporis est tota libertas.

(93) Non ex deformitate corporis defoedatur animus, sed ex putredine animae defoedatur corpus et non e contra.

(94) Intellectus nihil aliud est quam in corpus humanum divini spiritus pars immersa.

(95) O quam contempta est ars.

(96) Homo, nisi super humana ratione se erexerit, homo non est.

(97) Nulla victoria major est quam vitia domare.

(98) Principium in rebus est erigere animum super injurias et promissa fortitudine laeto animo adversa posse tolerare.

(99) Sapor pabuli manet in lacte, vis vini in aceto, quia nulla res est quae non sapiat naturam ejus ex qua nascitur.

64 ratione] rationi LWPE 65 mentem] mente LWXE 70 habere nemo] nemo habere X 75 non] *om.* LWXPfE 79 humana ratione] humanam rationem D

---

(84) Seneca, *Ad Lucilium*, V 49, 11.
(85) Seneca, *Ad Lucilium*, VI 53, 9.
(86) Seneca, *Ad Lucilium*, VI 53, 10-11.
(87) *Locus non inventus.*
(88) Seneca, *Ad Lucilium*, VI 58, 20.
(89) *Locus non inventus.*
(90) Seneca, *Ad Lucilium*, VII 66, 9.
(91) Seneca, *Ad Lucilium*, VII 65, 3.
(92) Seneca, *Ad Lucilium*, VII 65, 22.
(93) Seneca, *Ad Lucilium*, VII 66, 4.
(94) Seneca, *Ad Lucilium*, VII 66, 12.
(95) *Locus non inventus.*
(96) *Locus non inventus.*
(97) *Locus non inventus.*
(98) *Locus non inventus.*
(99) *Locus non inventus.*

**Seneca De vita et moribus.**

(1) Omnis peccati actio voluntaria est.
(2) Disciplina bonos mores facit.
(3) Id sapit unusquisque quod didicit.
(4) Bona consuetudo excutere debet quod mala instruxit.
(5) Bene decet loqui, bene decet tacere.
(6) Quod animalium est magis inimicum homini quam alter homo.
(7) Dolor patientia vincitur.
(8) Libentius audias quam loquaris.
(9) Quod tacitum esse velis, nemini dixeris.
(10) Monstro est avaritia similis.
(11) Quid dulcius est quam habere amicum cum quo omnia, sicut tecum loqui audeas ?
(12) Priusquam promittis, delibera, sed cum promiseris, statim facias.
(13) Nil petas quod negaturus fuisti.
(14) Pacem habeas cum amicis, bellum cum vitiis.
(15) Bonum est laudari, sed praestantius est esse laudabilem.
(16) Quae sunt magnae divitiae ? Non desiderare.
(17) Quae est magna egestas ? Avaritia.

86 Omnis] Mnis WD  91 inimicum] initium Xf; mitium D  97 audeas] audias W  2 non desiderare] desiderare non XfE; debes *add.* XfED

---

(1) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 1, p. 136.
(2) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 2, p. 136.
(3) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 2, p. 136.
(4) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 2, p. 136.
(5) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 2, p. 136.
(6) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 5, p. 136.
(7) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 6, p. 136.
(8) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 9, p. 137.
(9) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 16, p. 137.
(10) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 18, p. 137.
(11) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 20, p. 138.
(12) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 25, p. 138.
(13) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 33, p. 139.
(14) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 34, p. 139.
(15) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 38, p. 139.
(16) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 45, p. 140.
(17) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 57, p. 141.



(18) Quis est pauper ? Qui sibi videtur esse pauper.
(19) Spes praemii solacium est labori.
(20) Pecuniam habere oportet, sed ei servire non oportet.
(21) Divitiis utendum est, sed non est eis abutendum.
(22) Magis et minus non diversificant speciem.
(23) Fortior est qui cupiditatem vincit quam qui honestatem vincit.
(24) Ubi est confessio, ibi est remissio.
(25) Quietissimam vitam homines haberent in terris si haec duo pronomina, scilicet meum et tuum, tollerentur.
(26) Mihi crede : non potest quis esse dives et felix.
(27) Auribus utaris frequentius quam lingua.
(28) Quicquid dicturus es, antequam dicas aliis, tibi dicas.
(29) Qui nescit tacere, nescit loqui.
(30) Pejora sunt odia tecta quam aperta.
(31) Nullum scelus scelere vincendum est.

**Seneca De quattuor virtutibus cardinalibus, alias De forma ad Paulum.**

(1) De dubiis non definies, sed suspensam teneas sententiam.
(2) Mendacium spe veritatis occultatur.

4 Quis] Quid LWXPf  11 Quietissimam] Quietissimum E  15 dicas aliis] aliis dicas XfD  17 odia] odio LWXPfE  21 De] E WD  22 spe] spem P

---

(18) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 60, p. 141.
(19) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 56, p. 141.
(20) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 58, p. 141.
(21) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 78, p. 142.
(22) Arist., *Politica*, A13, 1259 b 37-38.
(23) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 81, p. 143.
(24) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 94, p. 143.
(25) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 98, p. 144.
(26) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 103, p. 144.
(27) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 104, p. 144.
(28) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 105, p. 144.
(29) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 132, p. 147.
(30) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 52, p. 140.
(31) Martinus Bracarensis, *Liber De moribus*, 139, p. 147.
(1) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2, p. 238, 13-14 (ed. Barlow).
(2) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2, p. 238, 17.

(3) Prudens fallere non vult, falli autem non potest.
(4) Cujuslibet facti causam inquire.
(5) Cogitatio tua numquam recedet a vero.
(6) Lauda parce, vitupera parcius. Similiter enim reprehensibilis est nimia laudatio et immoderata vituperatio; illa quidem adulatione, ista autem malignitate suspecta est.
(7) Non semper sis in actu, sed interdum animo tuo requiem dato et ipsa requies data, plena sit sapientiae studiis et cogitationibus bonis.
(8) Non te moveat dicentis auctoritas, nec quis dicat, sed quid dicatur attende.
(9) Honestum et magnum est vindictae ignoscere.
(10) Non adscribas tibi quod non es, nec major quam es videri velis.
(11) A verbis turpibus te abstineas.
(12) Interdum seriis miscebis jocos, sed tamen moderatos.
(13) Risus tuus erit sine cachinno.
(14) Esto fugax vitiorum tuorum, aliorum non scrutator, nec acer reprehensor.
(15) Non extollas aliquem, nec deprimas.
(16) Severior esto judicio quam sermone.
(17) Clementiae esto cultor, saevitiae detestator.

23 autem] aut E

---

(3) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2, p. 239, 26-27.
(4) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2, p. 239, 24.
(5) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2, p. 239, 30-31.
(6) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2, p. 239, 32-35.
(7) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2, p. 240, 41-43.
(8) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 2, p. 240, 49-50.
(9) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 3, p. 241, 7-8.
(10) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 243, 16-17.
(11) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 243, 22-23.
(12) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 243, 25.
(13) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 244, 33.
(14) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 244, 46-47.
(15) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 245, 49.
(16) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 245, 59-60.
(17) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 245, 60-61.



(18) Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus aequus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in adversis firmus, in prosperis cautus et humilis.
(19) Inferiores non contemnas superbiendo.
(20) Superiores recte vivendo non timeas.
(21) Rumoribus minime sis credulus.
(22) Scientiae cupidus sis et docilis.
(23) Quae nosti sine adrogantia postulanti impartire, quae nescis occultatione ignorantiae tibi postula impartiri.
(24) Cave ne sis parcus.
(25) Deum amabis, si opere eum imitaberis.
(26) Si non velis omnibus prodesse, non velis et nocere.

### Seneca De beneficiis ad ebuchium liberalem libri tres.

(1) Nullum beneficium dandum est negligenter.
(2) Dignus est decipi qui de recipiendo cogitavit, cum daret.
(3) Multi sunt indigni luce et tamen dies oritur eis.
(4) Qui beneficium non reddit, magis peccat quam qui non dat citius.
(5) Beneficium bene datum multorum amissorum damna solvuntur.

44 omnibus aequus] *om.* D 45 in adversis] inadversis W 54 eum] cum LXE 57 Nullum] Ullum D 62 Beneficium bene datum] Beneficio bene dato D solvuntur] solvit W

---

(18) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 245, 58-59, 64-65.
(19) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 245, 56-57.
(20) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 245, 57.
(21) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 245, 62-63.
(22) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 246, 69-70.
(23) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 4, p. 246, 70-71.
(24) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 8, p. 248, 1-2.
(25) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 5, p. 246, 6-7.
(26) Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 5, p. 246, 7-8.
(1) Seneca, *De beneficiis*, I 1, 8.
(2) Seneca, *De beneficiis*, I 1, 9.
(3) Seneca, *De beneficiis*, I 1, 11.
(4) Seneca, *De beneficiis*, I 1, 13.
(5) Seneca, *De beneficiis*, I 2, 2.

(6) Beneficium manu tangi non potest, sed in anima generatur.

(7) Nec aurum, nec argentum, nec aliquod talium beneficium est.

(8) Non refert quid, vel quantum detur, sed quo animo detur, quia beneficium non in eo, quod datur, consistit, sed in ipsius dantis animo.

(9) Primo necessaria danda, deinde utilia et deinde jocunda et honesta.

(10) Videamus ne mittamus munera supervacua, ut feminae arma et rustico libros.

(11) Pecunia ingens, sed non cum recta ratione et voluntate data non est beneficium, sed thesaurus.

(12) Semper debemus dare quomodo vellemus accipere.

(13) Ingratum est beneficium quod diu manibus dantis adhaesit.

(14) Caveamus ne aliquid more interveniat in dando, ne deliberare videamur.

(15) Gratissima sunt beneficia quae sunt parata facili occurrentia, in quibus nulla mora fuit, nisi accipientis verecundia.

(16) Ille non tulit munera gratis qui, cum rogasset, accepit. Unde optimum est praevenire desiderium rogantis.

(17) Illud beneficium est jocundum quod alicui obviam venit.

(18) Celeritas multum facit, mora multum aufert.

64 aliquod] aliquid LWP 68 danda] sunt *add.* WD 75 dantis] dandis LWPE 80 munera] mnnera f 81 praevenire] pervenire X

---

(6) Seneca, *De beneficiis*, I 5, 2.
(7) Seneca, *De beneficiis*, I 5, 2.
(8) Seneca, *De beneficiis*, I 6, 1.
(9) Seneca, *De beneficiis*, I 11, 1.
(10) Seneca, *De beneficiis*, I 11, 6.
(11) Seneca, *De beneficiis*, I 15, 6.
(12) Seneca, *De beneficiis*, II 1, 1.
(13) Seneca, *De beneficiis*, II 1, 2.
(14) Seneca, *De beneficiis*, II 1, 2.
(15) Seneca, *De beneficiis*, II 1, 3.
(16) Seneca, *De beneficiis*, II 1, 4.
(17) Seneca, *De beneficiis*, II 2, 1.
(18) Seneca, *De beneficiis*, II 6, 1.



(19) Qui dederit beneficium taceat, narret autem is qui accepit.

(20) Nihil ita vitandum est in dando beneficia, sicut superbia.

(21) Dabo egenti non ut ipse egeam.

(22) Succurro perituro non ut ipse peream.

(23) Referre gratiam de beneficiis facile est, sed non referre gratiam de beneficiis turpe est.

(24) Ingratus est qui se beneficium negat acceptasse quod accepit.

(25) Ingratus est qui dissimulat.

(26) Ingratus est qui non reddit.

(27) Ingratissimus omnium qui oblitus est.

(28) Turpissima vox in beneficiis est : « Redde ! ».

(29) In quolibet scelere est supplicium, aut vitium sceleris.

(30) Nulla virtus praeclusa est; omnibus patet, omnes admittit, omnes judicat egenos, servos, reges et exules.

(31) Regnum est nolle regnare, cum posses.

(32) Nihil sine ratione faciendum est.

(33) Non est aliquod beneficium quod non ratione facti dandum est.

(34) Videndum est et considerandum quid, cui, qualiter, quali, quanto et ubi dandum sit.

87 peream] egeam X 90 se] *om.* D 91 Ingratus ... dissimulat] *post* Ingratus ... reddit E

---

(19) Seneca, *De beneficiis*, II 11, 2.
(20) Seneca, *De beneficiis*, II 11, 6.
(21) Seneca, *De beneficiis*, II 15, 1.
(22) Seneca, *De beneficiis*, II 15, 1.
(23) Seneca, *De beneficiis*, III 1, 1.
(24) Seneca, *De beneficiis*, III 1, 3.
(25) Seneca, *De beneficiis*, III 1, 3.
(26) Seneca, *De beneficiis*, III 1, 3.
(27) Seneca, *De beneficiis*, III 1, 3.
(28) Seneca, *De beneficiis*, III 14, 2.
(29) *Locus non inventus.*
(30) Seneca, *De beneficiis*, III 18, 2.
(31) Seneca, *De beneficiis*, III 37, 3.
(32) Seneca, *De beneficiis*, IV 10, 2.
(33) Seneca, *De beneficiis*, IV 10, 2.
(34) *Locus non inventus.*

(35) Turpissimum genus beneficii est inconsulta donatio.
(36) In dando beneficia vir simplex gratus est eligendus.
(37) Multo gravius est malo dedisse beneficia quam non dedisse.
(38) Non est turpe remunerare, vel remediare consilium.
(39) Multo plus prodest, si pauca sapientia praecepta teneas et ista in prompto usu habeas quam si multa didiceris et illa non habeas ad manum.
(40) Stultitia est morbus animae.

*Alia quamplurima sunt Senecae scripta magistri Neronis principis vilissimi, sed haec magis congrua.*

**Sequuntur auctoritates super primum librum De consolatione philosophiae ipsius Boethii Anicii Manlii Torquati patricii, consulis romani, viri orthodoxi quem Theodoricus, rex Ostrogothorum, Papiae incarceravit, anno Anastasii XII qui est annus Christi quingentesimusquartus et postea necavit, scilicet anno Christi CCCCCXX III, et Papam Joannem primo Ravenno incarceratum occidit.**

(1) Carmina qui quondam studio florente peregi.
(2) Flebilis, heu ! maestos cogor inire modos.
(3) Mors hominum felix qui se nec dulcibus annis.
(4) Inserit et maestis saepe vocata venit.
(5) Quid me felicem totiens jactastis, amici ?

12 vilissimi] utilissimi E 14 Manlii] Maulii PD 19 Carmina] Armina D 20 Flebilis] Flexibiles E; Flebiles D 22 Inserit] Inferit L

---

(35) Seneca, *De beneficiis*, IV 10, 3.
(36) Seneca, *De beneficiis*, IV 10, 4.
(37) Seneca, *De beneficiis*, IV 10, 3.
(38) Seneca, *De beneficiis*, IV 38, 1.
(39) Seneca, *De beneficiis*, VII 1, 3.
(40) Seneca, *De beneficiis*, VII 16, 5.
(1) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, M1, 1.
(2) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, M1, 2.
(3) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, M1, 13.
(4) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, M1, 14.
(5) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, M1, 21.



(6) Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.
(7) Beata est res publica cui princeps sapiens dominatur.
(8) Philosophia omnium virtutum est magistra.
(9) Imprudentia rerum merita mutare non potest.
(10) Pravorum exercitus, si animosior sit, sapiens tamen non est, quia a nullo duce regitur.
(11) Deteriora velle nostri defectus est.
(12) Minuit se quodam modo probantis conscientiae secretum, quotiens ostentando se, vel jactitando de factis suis, recepit famae pretium.
(13) O stelliferi conditor orbis, qui perpetuo nexus solio, rabido caelum turbine versas legemque pati sidera cogis.
(14) Omnia certo fine gubernas, hominum solos respicis actus.
(15) Non solum quod ante oculos situm est sufficit intueri.

**Sequuntur auctoritates II libri De consolatione philosophiae.**

(16) Rerum exitus prudentia metitur.
(17) In omni adversitate fortunae infelicissimum genus infortunii est se recordari fuisse felicem.
(18) In rebus fortuitis non est beatitudo, quia omnia fortuita auferri possunt, sed beatitudo est bonum stabile.

24 ille] illle X 30 Deteriora] Deterior a E nostri] noster W 34 rabido] rapido X 36 fine] sine LWX 39 Rerum] Erum WD; Verum P 42 fortuita] fortuna LW

---

(6) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, M1, 22.
(7) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, P4, 5.
(8) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, P3, 3.
(9) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, P4, 24.
(10) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, P3, 12.
(11) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, P4, 29.
(12) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, P4, 33.
(13) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, M5, 1-4.
(14) Boethius, *De consolatione philosophiae*, I, M5, 25-26.
(15) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P1, 15.
(16) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P1, 15.
(17) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P4, 2.
(18) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P4, 24-25.

(19) Beatitudo est summum bonum naturae ratione dirigentis.

(20) Natura modicis minimisque contenta est cujus satietatem, si volueris urgere superfluis, aut injocundum erit quod infunderis, aut noxium.

(21) Homines deo similes sunt mente.

(22) Ceteris animantibus se ignorare ex natura, hominibus autem vitio venit.

(23) Illud nego bonum esse quod nocet habenti.

(24) O dives qui nunc gladium sollicitus pertimescis, si hujus vitae callem vacuus intrasses, coram latrone vacuus cantasses.

(25) O quam praeclara est opum beatitudo mortalium quas, cum adeptus fueris, securus esse desistis.

(26) Si corpus hominis spectas, quid imbecillius reperire queas?

(27) Nec in divitiis, nec in gemmis, nec in agrorum vel praediorum possessione, nec in pulchritudine, nec in fama, nec in gloria beatitudo consistit.

(28) Finiti et infiniti nulla est proportio.

(29) Omnis terrae circulus ad caeli spatium comparatus puncti rationem obtinet.

(30) Amicos habere pretiosissimum genus divitiarum est.

45 est] eum LWPf 48 deo similes] similes deo E 49 natura] est *add.* W autem] a LWP 55 securus] secus D 63 genus] gemmis LXPfED

---

(19) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P4, 25.
(20) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P5, 16.
(21) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P5, 26.
(22) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P5, 29.
(23) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P5, 32.
(24) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P5, 34.
(25) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P5, 35.
(26) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P6, 5.
(27) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P6, 19.
(28) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P7, 17.
(29) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P7, 3.
(30) Boethius, *De consolatione philosophiae*, II, P8, 7.



**Sequuntur auctoritates III libri De consolatione philosophiae.**

(31) Philosophia est summum lassorum solamen amicorum.

(32) Omnium mortalium cura quamvis multiplicium studiorum labor exerceat, diverso quidem calle, ad unum tamen beatitudinis finem nititur pervenire.

(33) Illud est summum bonum quo quis adepto, nil ulterius desiderare queat.

(34) Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus.

(35) Mentibus hominum naturaliter est insita veri bonique cupiditas, sed ad falsa devius error abducit.

(36) Bonum est quod homines diversis studiis appetunt.

(37) Nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris fallax amicus.

(38) Nobilitas est laus ex meritis parentum proveniens.

(39) Aliena pulchritudo, si propriam non habes, te splendidum non efficit.

(40) Omnium genus hominum in terris simili surgit ab ortu.

(41) Unus enim omnium rerum est pater, unus cuncta ministrat.

(42) Ille dedit Phoebo radios et dedit cornua lunae.

(43) Ille homines in terra dedit et sidera caelo.

(44) Sicut Platoni placet in Timaeo, in minimis rebus auxilium divinum debet implorari.

65 Philosophia] Hilosophia ED 79 genus] engus D hominum] omnium W ortu] ortn f

---

(31) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P1, 2.
(32) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P2, 2.
(33) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P2, 2.
(34) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P2, 3.
(35) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P2, 4.
(36) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P2, 20.
(37) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P5, 14.
(38) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P6, 7.
(39) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P6, 8.
(40) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, M6, 1.
(41) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, M6, 2.
(42) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, M6, 3.
(43) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, M6, 4.
(44) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P9, 32.

(45) Invocandus est ergo omnium rerum pater, quo praetermisso, nulum rite fundatur exordium.

(46) O qui perpetua mundum ratione gubernas terrarum polique sator temporis aevo.

(47) Ire jubes stabilisque manes, das cuncta moveri.

(48) In quocumque genere est aliquod imperfectum, in eo etiam est aliquod perfectum.

(49) Deum omnium rerum principem esse ac bonum communis animorum conceptio probat.

(50) Vera beatitudo sita est in deo et ipsa idem est quod divinitas qua adeptione beatitudinis homines fiunt beati.

(51) Omnis beatus est deus, sed natura unus est deus, participatione vero nihil prohibet plures esse.

(52) Omne animal salutem tueri laborat, mortem atque perniciem prorsus devitat.

(53) Natura dat unicuique quod sibi convenit.

(54) Omnia bonum appetunt.

(55) Omnia oboediunt regi deo.

(56) Deum omnipotentem nemo esse dubitat.

(57) Deus malum facere non potest, sed nihil est quod deus facere non potest, ergo peccatum nihil.

90 etiam est] est etiam E  92 bonum] bovum f  94 Vera] Verba LWXP  99 devitat] deviat D  1 bonum] bnnum D  appetunt] appetuut f

---

(45) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P9, 33.
(46) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, M9, 1-2.
(47) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, M9, 3.
(48) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P10, 4.
(49) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P10, 7.
(50) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P10, 10.
(51) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P10, 25.
(52) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P11, 16.
(53) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P11, 20.
(54) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P11, 37.
(55) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P12, 34.
(56) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P12, 26.
(57) Boethius, *De consolatione philosophiae*, III, P12, 29.



## Sequuntur auctoritates IIII libri De consolatione philosophiae.

(58) Nullum malum impunitum et nullum bonum irremuneratum pertransit.

(59) Duo sunt in quibus omnium humanorum actuum constat effectus, scilicet potestas et voluntas quorum si alterum desit, nihil est quod perfici possit, quia nullus aggreditur quod non vult; et si potestas absit frustra est voluntas.

(60) Cum omnes tam boni quam mali ad bonum pervenire nituntur, mali ad hoc pervenire non possunt, boni autem possunt.

(61) Manifestum est malos esse impotentes, bonos autem potentes.

(62) Qui mali sunt, non sunt homines simpliciter, sed secundum quid, sicut cadaver hominis non potest dici homo simpliciter, sed homo mortuus.

(63) Omne quod ordinem servat, detinet naturam.

(64) Beatitudo est praemium humanorum actuum.

(65) Sicut probis ipsamet probitas est praemium, sic malis ipsa malitia est supplicium.

(66) Praemium beatorum est ipsos deos fieri.

(67) Qui probitate caret, homo esse desinit, cum in divinam conditionem transire non possit, necesse est ut vertatur in beluam. Unde avarus homo est lupus, ferax vero canis et dolosus vulpis.

6 auctoritates] anctoritates P  IIII] *om.* LWPf  7 Nullum] UllumD  bonum] bonnm f  12 est] et LWf  13 nituntur] nitantur XD  17-18 homo mortuus] mortuus homo W; *om.* homo LPf  21 ipsa] ipsamet D  23 deos] deo W  24 desinit] desinet W; definit LX

---

(58) *Locus non inventus.*
(59) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P2, 5-6.
(60) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P2, 12-13.
(61) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P2, 24.
(62) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P2, 34-35.
(63) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P2, 36.
(64) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P3, 3.
(65) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P3, 12.
(66) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P3, 10.
(67) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P3, 21.

(68) Boni sunt felices, mali autem miseri.

(69) Mali puniti feliciores sunt quam mali impuniti, quia poena malorum bona est ratione justitiae.

(70) Punire malos justum est, sed ipsos evadere impunitos injustum.

(71) Quidam qui nequeunt de tenebris oculos assuetos ad lumen perspicuae veritatis attollere, tales similes sunt avibus quarum intuitum illuminat, dies excaecat et illi nondum rerum ordinem sed suos intuuntur affectus et impunitum de scelere putant esse felicem, quod tamen non est verum.

(72) Infelicior ac miserior est injuriae illator quam injuriae acceptor.

(73) Apud sapientes nullus odio relinqui debet.

(74) Sicut languor est morbus corporis, sic vitiositas est morbus animae.

(75) Providentia est divina ratio in summo omnium principe constituta quae cuncta disponit, sed factum in rebus mobilibus inhaerens dispositio.

(76) Quid autem amicorum salus esse videtur nisi probitas? Quid aegritudo nisi vitia?

(77) Quis alius videtur conservator bonorum et malorum expulsor, nisi Deus? Qui cum ex alta providentiae specula quid unicuueiq conveniat cognoscit, et, quid convenire novit, accomodat.

28 puniti] puncti L 31 Quidam] sunt *add.* E 33 intuitum] mitium L excaecat] execat E nondum] nundum E; nodum LP rerum] rectum W 34 intuuntur] nituntur LWP affectus] effectus E 35 felicem] felices D 45 videtur] esse *add.* fED

(68) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P4, 15.
(69) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P4, 20.
(70) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P4, 18.
(71) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P4, 27.
(72) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P4, 36.
(73) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P4, 41.
(74) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P4, 42.
(75) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P6, 8.
(76) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P6, 29.
(77) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P6, 29-30.



(78) Non est fas homini cunctas divini operis machinas, vel ingenio comprehendere, vel sermone explicare.

*Prosa VI ante finem.*

**Sequuntur auctoritates V libri De consolatione philosophiae.**

(79) Casus est inopinatae rei eventus ex causis confluentibus in his quae geruntur.

(80) Nulla est rationalis creatura quin ei libertas arbitrii adsit.

(81) Speculari, vel orare, solus est modus quo homines cum deo loqui videntur.

(82) Divina providentia rebus generandis necessitatem non imponit, quia, si omnia venirent ex necessitate, praemia bonorum et poenae malorum perirent.

(83) Frustra esset artis effectus, si omnia coacte moverentur.

(84) Signum rei, quid sit res, ostendit, sed non efficit, quid designat.

(85) Omne quod cognoscitur secundum vim sui non cognoscitur, sed potius secundum cognoscentium facultatem.

(86) Aeternitas est interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio.

(87) Si digna rebus nomina imponere volumus, dicendum est esse deum aeternum, mundum perpetuum secundum Platonem.

(88) Deus omnia futura scit, quasi jam generentur, et in sui simplici cognitione considerat.

49 explicare] exemplificare Xf 52 Casus] Asus D 55 cum deo loqui] loqui cum deo D 58 poenae] poena f 60 artis] artus LX 67 scit] sit E

(78) Boethius, *De consolatione philosophiae*, IV, P6, 54.
(79) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P1, 18.
(80) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P2, 3.
(81) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P3, 34.
(82) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P3, 5, 30.
(83) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P4, 16.
(84) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P4, 11.
(85) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P4, 25.
(86) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P6, 4.
(87) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P6, 14.
(88) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P6, 15.

(89) Omne quod sensibus patet, si ad rationem referas, universale est, si ad sensum, particulare est. Unde universale est dum intelligitur, particulare autem dum sentitur.

(90) Omne futurum divinus praecurrit intuitus.

(91) Non frustra in Deo sunt positae spes et preces quae cum rectae sunt, inefficaces esse non possunt.

**Sequuntur auctoritates Boethii De disciplina scholarium.**

(1) Diligentia cujuslibet operis obtusitas permollitur.

(2) Logica est scientia veri falsique indagatrix.

(3) Sicut prudentia parum vel nihil prodest sine justitia, sic justitia sine prudentia multum.

(4) Sicut scientia sine usu parum vel nihil prodest, sic usus sine scientia multum.

(5) Aristotelis succincta veritas licet voce sit taediosa, non tamen omnino est infructuosa.

(6) Grammaticae fructuositas nullatenus est omittenda, per eam enim scientiae cujuslibet commendabilis redditur possessio.

(7) Qui non novit se subici, non noscet se magistrari.

(8) Miserum est eum esse magistrum qui numquam novit se esse discipulum.

72 Omne ... intuitus] *om.* L  76 Diligentia] Iligentia D  82 Aristotelis] Aristoteles LW  83 infructuosa] fructuosa LXPfE  85 scientiae] scientia XfE  87 eum] enim L  novit se] se novit X

---

(89) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P6, 36.
(90) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P6, 40.
(91) Boethius, *De consolatione philosophiae*, V, P6, 46.
(1) [Boethius], *De disciplina scholarium*, I, 1225 C.
(2) [Boethius], *De disciplina scholarium*, I, 1226 A.
(3) [Boethius], *De disciplina scholarium*, I, 1226 C.
(4) [Boethius], *De disciplina scholarium*, I, 1226 C.
(5) [Boethius], *De disciplina scholarium*, I, 1226 C.
(6) [Boethius], *De disciplina scholarium*, I, 1226 D.
(7) [Boethius], *De discipline scholarium*, II, 1226 D.
(8) [Boethius], *De disciplina scholarium*, II, 1226 D.



(9) Discipulus debet esse benivolus, docilis et attentus: docilis ingenio, attentus exercitio, benivolus in animo, attentus ad audiendum, docilis ad intelligendum, benivolus ad recipiendum.

(10) Scholaris non debet esse dyscolus.

(11) Dyscolus est ille qui currit per vicos, et plateas, et meretricum cellulas, per publica spectacula, per pompas, choreas et similia.

(12) Discipulus non sit magistro violentus. Non est dignus scientia qui scientiae insurgit praeceptori.

(13) A luxuria studeat se discipulus alienare.

(14) Meretrix est nonaria, inferni janua, via iniquitatis, scorpionis percussio, <v>iscarium sceleris, putei introitus.

(15) Vinum modice sumptum acuit ingenium, sed non modice sumptum rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam confundit, oblivionem parat, errorem infundit, ignorantiam producit.

(16) Quid est constantia lucidius, quid inconstantia nequius?

(17) Felicis discipuli discretio magistratui gaudeat subici, eumque metuendo diligat, fidelisque existat.

(18) Vae seducenti, mancipio in quo plenaria confidit dominantis dilectio.

(19) Invidia si secundum quid evenerit scilicet in discendo, gratuita est; si simpliciter ipsa quidem proprii auctoris, est consumptiva.

(20) Non est dignus dulcoris acumine qui amaritudinis nequit in <v>iscari gravamini.

(21) Licet a multis destituatur laboris retributio, tamen ab aliquo promerebitur favoris adeptio.

94 choreas] thoreas L  98 nonaria] *om.* W  99 viscarium] fiscarium XPfD; fiscarum E; fisciarium L  00 sumptum] snmptum P  6 seducenti] seducendi L; ducenti W  plenaria] plenarie W  10-11 inviscari] infiscari *cod.*  gravamini] gravamine W

---

(9) [Boethius], *De disciplina scholarium*, II, 1226 D - 1227 A.
(10) [Boethius], *De disciplina scholarium*, II, 1227 A.
(11) [Boethius], *De disciplina scholarium*, II, 1227 A.
(12) [Boethius], *De disciplina scholarium*, II, 1227 B, C.
(13) [Boethius], *De disciplina scholarium*, II, 1227 C.
(14) [Boethius], *De disciplina scholarium*, II, 1227 D.
(15) [Boethius], *De disciplina scholarium*, II, 1228 A.
(16) [Boethius], *De disciplina scholarium*, III, 1228 D.
(17) [Boethius], *De disciplina scholarium*, IV, 1230 C.
(18) [Boethius], *De disciplina scholarium*, IV, 1231 A.
(19) [Boethius], *De disciplina scholarium*, IV, 1231 D.
(20) [Boethius], *De disciplina scholarium*, IV, 1232 B.
(21) [Boethius], *De disciplina scholarium*, IV, 1233 C.

(22) Miserrimi quippe est ingenii uti inventis et non inveniendis.
(23) Alios docere est propriae facultatis industria.
(24) Oportet quod aliquis prius discat quam doceat.
(25) Rerum affectus operis exhibitione declaratur.
(26) O quam felicis exitus veneranda est commendatio!
(27) Nulla siquidem res disciplulo magis perniciosa quam vita magistri contumeliosa.
(28) Opportunius esset mechanicae arti deservire quam negligentiae jugo onerari.
(29) Sicut in unoquoque opere mater esse invenitur constantia, ita universae doctrinae noverca est negligentia.

**Sequuntur auctoritates Platonis In Timaeo.**

*Platonis, ut ait Helinandus, consuetudo fuit libros suos intitulare nominibus magistrorum suorum, vel eorum qui magistros suos docuerunt propter majorem auctoritatem, quod et magister Walterus Burley anglicus confirmavit. Fuit autem Plato civis Atheniensis, magister Aristotelis et auditor Socratis, natus tempore Darii regis Persarum, patre Aristone de genere Neptuni, matre <Perictione> de genere sapientissimi Salomonis. Obiit autem anno aetatis suae LXXXI natalis sui die secundum Senecam in Epistulis.*

(1) In omnibus sive in maximis, sive in minimis divinum auxilium debet implorari.
(2) Nihil est ortum sub sole cujus causa legitima non praecesserit.

14 Miserrimi] Miserrime L  15 propriae] propria LW  23 unoquoque] uniquoque Xf  24 negligentia] diligentia LPfED  26 Helinandus] Helimandus W  suos] snos X  27 magistrorum] nigrorum L  31 Aristone] Ariston LXPfED  31 Neptuni] Neptunae LP; Neptalim W  31 Perictione] Parcioni E; Parcion LWXPfD

(22) [Boethius], *De disciplina scholarium*, V, 1234 A.
(23) [Boethius], *De disciplina scholarium*, V, 1234 B.
(24) [Boethius], *De disciplina scholarium*, VI, 1235 B.
(25) [Boethius], *De disciplina scholarium*, VI, 1237 D.
(26) [Boethius], *De disciplina scholarium*, V, 1234 D.
(27) [Boethius], *De disciplina scholarium*, VI, 1235 B.
(28) [Boethius], *De disciplina scholarium*, VI, 1235 C.
(29) [Boethius], *De disciplina scholarium*, VI, 1235 C.
(1) Plato, *Timaeus*, 27 C (ed. Waszink).
(2) Plato, *Timaeus*, 28 A.



(3) In omni tractatu fieri debet ut inter initia consideretur quid sit illud de quo agitur.
(4) Operi suo dat opifex formam.
(5) Mundus a deo factus est.
(6) Deus auctor maximus est.
(7) Optimus est mundi auctor et ab optimo longe invidia relegata est.
(8) Bonitas dei fuit causa factionis mundi et originis omnium rerum.
(9) Unus est tantum mundus.
(10) Non decet rem esse antiquiorem a primo genitore rege.
(11) Tempora maxime distinguuntur per motum solis.
(12) O dii deorum quorum opifex, id est pater, ego sum, dii deorum vocantur intelligentiae et corpora caelestia natura solubilia, sed dei voluntate perpetua.
(13) Ad hoc anima est conjuncta corpori ut feneretur scientias et virtutes.
(14) Si autem cum magno fenore veniet, benigne recipietur a suo creatore; si autem non, relegabitur ad infernum.
(15) Propter hoc enim nobis datus est sermo ut praesto nobis fiant mutuae voluntatis indicia.
(16) Deus est summum bonum super omnem substantiam omnemque naturam quem cuncta expetunt, cum ipse sit plene perfectus et nullius societatis indigens.

43 est] *om.* L  51 ut] et LWP  feneretur] fenoretur XfED  56 indicia] judicia LXPED  58 quem] quae L

(3) Plato, *Timaeus*, 28 B.
(4) Plato, *Timaeus*, 28 A.
(5) Plato, *Timaeus*, 31 B.
(6) Plato, *Timaeus*, 29 A.
(7) Plato, *Timaeus*, 29 E.
(8) Plato, *Timaeus*, 29 E.
(9) Plato, *Timaeus*, 31 B.
(10) Plato, *Timaeus*, 34 C.
(11) *Locus non inventus.*
(12) Plato, *Timaeus*, 41 A.
(13) *Locus non inventus.*
(14) *Locus non inventus.*
(15) Plato, *Timaeus*, 47 C.
(16) *Locus non inventus.*

**Sequuntur auctoritates Appulei africani, Platonici lingua latina doctissimi, qui succedens Platoni floruit Athenis.**

(1) Summus deus est infinitus, non solum exclusione loci, sed etiam naturae dignitate.
(2) Praestantissimum animalium genus in terra est homo.
(3) Dei ab omnibus differunt naturae dignitate, perfectione, vitae perpetuitate, loci sublimitate.
(4) Nihil deo est perfectius, nihil potentius.
(5) Conversatio mutua contemptum parit.
(6) Deus ab omnibus animi passionibus liber est, unde nec dolere nec laetari potest, et hoc est verum ad nostrum conceptum.
(7) Daemones sunt animalia animo passiva, mente rationabilia, corpore aeria, tempore aeterna.
(8) Magna est dignitas sapientiae quae societatem summo deo coaequat.
(9) Nihil enim deo similius, vel gratius quam vir animo perfectus.
(10) Bonus est qui in tantum ceteros homines antecellit in quantum ipse a diis immortalibus antecellitur.
(11) Si laudas aliquem, quia generosus est, parentes ejus laudes. Si quia dives, fortunae hoc debetur, sed si quia formosus aut validus est, aegritudine fatigabitur. Si quia pernix, in senectute aut quia fortis, expecta paulisper et non erit. Sed si laudes eum dicendo quod bonis artibus doctus est et valde eruditus et in quantum licet homini, sapiens est : « Tunc ipsum vere laudas, quia hoc non est a patre hereditarium, nec casu pendulum, nec corpore caducum, nec aetate mutabile ».

61 doctissimi] dotissimi W floruit] florit W 62 Summus] Ummus WD 69 ab] ad E 72 aeria] aeree LPf 78 generosus] generosius LX laudas[2]] laudes LWXPfE 79 formosus] est *add.* D 81 non erit] noverit L

---

(1) Appuleius, *De Deo Socratis*, I, p. 6, l. 1-4 (ed. Teubner).
(2) Appuleius, *De Deo Socratis*, III, p. 10, l. 12.
(3) Appuleius, *De Deo Socratis*, IV, p. 11, l. 1-3.
(4) Appuleius, *De Deo Socratis*, XII, p. 20, l. 14-15.
(5) Appuleius, *De Deo Socratis*, IV, p. 12, l. 2-3.
(6) Appuleius, *De Deo Socratis*, XII, p. 20, l. 20, 23 et p. 21, l. 2.
(7) Appuleius, *De Deo Socratis*, XIII, p. 21, l. 11-13.
(8) Appuleius, *De Deo Socratis*, XX, p. 30, l. 21 - p. 31, l. 2.
(9) Appuleius, *De Deo Socratis*, XX, p. 31, l. 3-4.
(10) Appuleius, *De Deo Socratis*, XX, p. 31, l. 4-5.
(11) Appuleius, *De Deo Socratis*, XXIII, p. 34, l. 12-21.



**[Empedocles].**

(1) Tria sunt in tota rerum varietate praecipua quae philosophiam magnifice extollunt, scilicet mobilis, affluentiae contemptus, futurae felicitatis appetitus, mentis illustratio. Quorum primo nihil est honestius vel utilius, secundo nihil est perfectius, tertio nihil ad amborum compendiosam adeptionem efficacius.
(2) Deus est sphaera cujus centrum est ubique et circumferentia nusquam.

*Empedocles sciens animas esse immortales, Athenis se incendiis dedit et sibi ipsi mortem intulit.*

**Incipit logica.**
**Sequuntur auctoritates Porphyrii qui floruit Athenis tempore Gordiani imperatoris qui coepit anno domini CCXLI.**

*Hic scripsit librum De Isagogis ad Categorias Aristotelis. Isagoga (ge), id est instructio sive introductio : sic universalia Porphyrii dicuntur introductiones ad dialecticam. Categoria autem idem est quod praedicamentum, sive praedicatio, vel significatio, unde et praedicamenta Aristotelis dicuntur Categoriae a categoro (as), id est dicere : inde categorizo quod idem est. Elementa autem quibus scientia verificatur quinque sunt, scilicet demonstrativa (ideo sunt libri posteriorum et analyticorum), topica, sophistica, rhetorica, poetica quibus, si adduntur Categoriae, Peri Hermeneias. Et sic erunt octo partes logicae, id est trivii, sive scientiae sermocinalis. Excellenter tamen dialectica dicitur sermocinalis, quamvis grammatica et rhetorica etiam sint partes philosophiae rationalis, quia logicae et dialecticae est ordinare causam respectu effectus per syllogismus.*

(1) Neque genus, neque species videtur simpliciter dici, id est uno modo.

86 Empedocles] *om.* L 92 centrum] centum D 97 qui] quae X 98 CCXLI] CCXLIX W 00 sive] sine L 1 autem] *om.* D 3 categoro] categoreo W as] ras X; *om.* W 3-4 id est dicere] graeco verbo W 6 posteriorum] posterior L 7 Categoriae] et *add.* W Et sic] Priora LXPfED 10 sint] suntED 11 ordinare] ordinate LX 13 Neque] Eque D videtur] videntur W

---

(1) Alfredus Anglicus, *De plantis*, prologue.
(2) *Locus non inventus.*
(1) Porphyrius, *Isagoge*, 1, 17.

(2) Genus primo modo est collectio multorum descendentium ab uno principio.

(3) Secundo modo est principium generationis uniuscujusque sicut pater et patria.

(4) Tertio modo est illud cui supponitur species.

(5) Quarto modo dicitur ad similitudinem generis. Primo modo et secundo modo dictum communiter accipitur quod quando unum nomen commune debetur enti rationis et enti naturae tunc illud nomen semper debetur enti rationis ad similitudinem entis naturae.

(6) Species est forma uniuscujusque rei secundum quam species Priami dicta est digna imperio.

(7) Si aliquis omnia praedicamenta entia vocet aequivoce et non univoce, ea nuncupabit, id est analogice.

(8) Decem sunt tantum genera generalissima.

(9) Specialissima vero in quodam numero sunt, non tamen definito.

(10) Individua sunt infinita.

(11) Infinita, inquit Plato, relinquenda sunt ab arte, neque horum fieri posse disciplinam, id est scientiam, unde quia individua sunt infinita, de eis non potest esse scientia.

(12) Individuum dicitur quod ex quibusdam proprietatibus constat quorum collectio numquam potest in alio reperiri.

(13) Et sunt septem proprietates, ut dicit Boethius, scilicet forma, figura, locus, stirps, nomen, patria, tempus. Haec septem propria continet omnis homo.

15 descendentium] dtscendentium W 28 univoce] aequivoce LP nuncupabit] nuncunpabit LXPD 30 definito] definitio P 36 alio reperiri] aliore periri E

(2) Porphyrius, *Isagoge*, 1, 18-20.
(3) Cf. Porphyrius, *Isagoge*, 1, 22-2, 5.
(4) Porphyrius, *Isagoge*, 2, 10-11.
(5) Cf. Porphyrius, *Isagoge*, 2, 11.
(6) Porphyrius, *Isagoge*, 3, 22-4, 1.
(7) Porphyrius, *Isagoge*, 6, 8-9.
(8) Porphyrius, *Isagoge*, 6, 11-12.
(9) Porphyrius, *Isagoge*, 6, 12.
(10) Porphyrius, *Isagoge*, 6, 12-13.
(11) Porphyrius, *Isagoge*, 6, 12-16.
(12) Porphyrius, *Isagoge*, 7, 21-23.
(13) *Locus non inventus.*

28 *id est analogice* : ces mots ne se trouvent pas dans l'*Isagoge*.



(14) Omne superius praedicatur de suo inferiori.

(15) Omne quod praedicatur de alio, vel est, ut plus secundum rationem eandem vel est sibi aequale.

(16) Homo differt ab asino rationali qualitate.

(17) Esse uniuscujusque est idem et unum, nec intentionem, nec remissionem suscipiens.

(18) Genus continet omnes differentias potentia, actu vero nullam.

(19) Genus est tamquam materia, differentia tamquam forma.

(20) Species non jungitur speciei ut gignat aliam speciem.

(21) Proprium dicitur quadrupliciter : primo modo quod inest soli et non omni ut esse medicum, secundo quod inest omni et non soli ut esse bipedem, tertio quod inest omni soli et non semper ut canescere in senectute, quarto quod inest omni soli et semper ut risibile est proprium hominis.

(22) Proprium convertitur cum eo cujus est proprium.

(23) Accidens est quod adest, vel abest, praeter subjecti corruptionem.

(24) Accidentium aliud est separabile, aliud est inseparabile.

(25) Sublato animali aufertur rationabile et irrationabile.

**Incipiunt Praedicamenta Aristotelis ubi agitur de parte syllogismi remota, scilicet de termino, sed de parte propinqua agitur in libro Peri Hermeneiarum, scilicet de enuntiatione prout accipit formam propositionis.**

(1) Aequivoca dicuntur quorum nomen est commune et ratio substantiae secundum illud nomen est diversa.

40 Omne ... inferiori] *om.* LXP superius] superins f 41 quod] superius LXP ut] *om.* E 43 rationali] rationi LP 48 gignat] gignet XD 50 secundo] modo *add.* E 56 est[2]] *om.* XED 60 Her- menciarum] Hermeneias W 62 Aequivoca] Quivoca D

(14) Porphyrius, *Isagoge*, 7, 3.
(15) Cf. Porphyrius, *Isagoge*, 7, 4-5.
(16) Porphyrius, *Isagoge*, 8, 16-17.
(17) Porphyrius, *Isagoge*, 9, 21-22.
(18) Porphyrius, *Isagoge*, 11, 4-5.
(19) Porphyrius, *Isagoge*, 15, 6-7.
(20) Porphyrius, *Isagoge*, 19, 1-2.
(21) Porphyrius, *Isagoge*, 12, 13-18.
(22) Porphyrius, *Isagoge*, 12, 20-21.
(23) Porphyrius, *Isagoge*, 12, 24-25.
(24) Porphyrius, *Isagoge*, 12, 25-26.
(25) Porphyrius, *Isagoge*, 14, 23-15, 1.
(1) Arist., *Categoriae*, 1, 1a 1-2.

(2) Univoca dicuntur per contrarium.

(3) Denominativa dicuntur quaecumque ab aliquo, solo casu differentiae sunt, ut ab albedine albus.

(4) Grammaticus dicitur denominative a grammatica, unde habemus quod concretum denominative dicitur a suo abstracto.

(5) Impossibile est esse accidens sine eo in quo est, id est sine subjecto.

(6) Omnis color est in corpore.

(7) Scientia est in anima, sicut accidens in subjecto.

(8) Quando alterum de altero praedicatur ut de subjecto, quaecumque de eo praedicantur, dicuntur omnia de subjecto.

(9) Diversorum generum et non subalternatim positorum diversae sunt species et differentiae.

(10) Superiora de inferioribus semper praedicantur.

(11) Decem sunt entia incomplexa, ut substantia, quantitas et cetera.

(12) Destructis primis substantiis, id est individuis, impossibile est aliquod aliorum remanere.

(13) A principali substantia, id est individuo, substantiae nulla erit praedicatio.

(14) Commune est omni substantiae in subjecto non esse.

(15) Opposita habent fieri circa idem.

(16) Omnis substantia videtur hoc aliquid significare, et hoc indubitanter verum est in primis substantiis, in secundis similiter.

65-66 differentiae] differentia E   73 eo] quod *add.* W   praedicantur] praedicatur W   subjecto] dicuntur *add.* W   80 individuo] individue L   erit] exit XPf   82 Commune] Communi LXPE   in] id est L   84-85 indubitanter] dubitanter LWP

(2) Arist., *Categoriae*, 1, 1a 6-7.
(3) Arist., *Categoriae*, 1, 1a 12-13.
(4) Arist., *Categoriae*, 1, 1a 12-15.
(5) Arist., *Categorie*, 2, 1a 24-25.
(6) Arist., *Categoriae*, 2, 1a 28.
(7) Arist., *Categoriae*, 2, 1a 29 - b 2.
(8) Arist., *Categoriae*, 3, 1 b 10-12.
(9) Arist., *Categoriae*, 3, 1 b 16-17.
(10) Arist., *Categoriae*, 3, 1 b 22.
(11) Arist., *Categoriae*, 4, 1 b 25-27.
(12) Arist., *Categoriae*, 5, 2 b 5-6.
(13) Arist., *Categoriae*, 5, 3 a 36-37.
(14) Arist., *Categoriae*, 5, 3 a 7-8.
(15) Cf. Arist., *Categoriae*, 5, 4 a 10-11.
(16) Cf. Arist., *Categoriae*, 5, 3 b 10-16.

75 *species* : la leçon d'Aristote est *specie*.



(17) Ab eo quod res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa.

(18) Quantitatis aliud continuum, aliud discretum.

(19) Quod semel est dictum, amplius resumi non potest.

(20) Magnum, parvum, longum, breve non sunt in genere quantitatis, sed relationis, quia unumquodque eorum dicitur ad aliquid.

(21) Si magnum parvum per se diceretur, numquam mons diceretur parvus, nec granum milii magnum. Ex quo trahitur illa auctoritas quod per se est tale semper et respectu cujuslibet est magnum.

(22) Quanta est superficies, tantum album esse dicis.

(23) Aliquando nomina fingere necesse est, si alicui nomen non fuerit impositum.

(24) Multa sunt animalia capita non habentia.

(25) Multa sunt scibilia de quibus non est scientia.

(26) Scibile prius est scientia.

(27) Relativa sic se habent quod posita se ponunt et perempta se perimunt.

(28) Quicumque definitive noverit unum correlativorum, definitive nosciturus est et reliquum.

(29) Partes substantiae sunt substantiae.

(30) Dubitare de singulis non est inutile.

86 oratio] omnino LXPfD   87 Quantitatis] Qualitatis LXPE   90 unumquodque] unumquod LP   91 diceretur[1]] dicerentur E   93 est[1]] *om.* W   00 sic] *om.* D

(17) Arist., *Categoriae*, 5, 4 b 8-10.
(18) Arist., *Categoriea*, 6, 4 b 20.
(19) Arist., *Categoriae*, 6, 5 a 34-35.
(20) Cf. Arist., *Categoriae*, 6, 5 b 27-29.
(21) Cf. Arist., *Categoriae*, 6, 5 b 20-22.
(22) Arist., *Categoriae*, 6, 5 b 7-8.
(23) Arist., *Categoriae*, 7, 7 a 5-7.
(24) Arist., *Categoriae*, 7, 7 a 17-18.
(25) Cf. Arist., *Categoriae*, 7, 7b 30-35.
(26) Arist., *Categoriae*, 7, 7b 23-24.
(27) Cf. Arist., *Categoriae*, 7, 7b 15, 19-20.
(28) Arist., *Categoriae*, 7, 8 a 35-37, b 13-15.
(29) Cf. Arist., *Categoriae*, 7, 8 b 15-16.
Cf. Arist., *Categoriae*, 5, 3 a 29-32.
(30) Cf. Arist., *Categoriae*, 7, 8 b 23-24.

91 *magnum* : il faudrait ajouter *vel* après ce mot pour respecter le sens du texte d'Aristote.

(31) Qualitas est secundum quam quales esse dicimur.

(32) Scientia est de numero permanentium et difficile mobilium si quis mediocriter sumit scientiam, nisi grandis fiat permutatio ab aegritudine, vel ab aliquo hujusmodi.

(33) Boethius dicit quod scientia festinata marcescit, mediocriter autem sumpta augmentatur et crescit.

(34) Si unum contrariorum fuerit quale et reliquum erit quale.

(35) Si unum contrariorum fuerit in natura, non pro eo oportet reliquum esse in natura, ut ex omnibus existentibus sanis non aegritudo.

(36) Prius dicitur multis modis, scilicet natura, tempore, ordine, dignitate et cetera.

(37) Sanitas et aegritudo sunt contraria immediata.

(38) Species simul sunt sub genere. Idem dicit Boethius quod species sunt coaequaeve sub eodem genere.

(39) Motui quies est contraria.

(40) Motus sex sunt species : generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, secundum locum mutatio.

### Auctoritates libri Peri Hermeneiarum Aristotelis.

*Et dicitur a praepositione peri, id est de, et hermeneia* (*nie*), *id est interpretatio, et sunt duae dictiones.*

(1) Ea quae sunt in voce sunt earum quae sunt in anima passionum notae. Et ea quae scribuntur eorum quae sunt in voce et litterae scriptae sunt signa vocum.

6 dicimur] dicuntur L 7-8 si quis] ab eo qui W 13 pro eo] propter ea W 14 ex] *om.* W non] est *add.* WE 21 Motui ... contraria] *om.* L 24 Hermeneiarum] Hermeneias W 25 hermeneia] armenia E nie] e LPWf 27 Ea] AW 28 sunt in voce] proferuntur W

(31) Arist., *Categoriae*, 8, 8 b 25.
(32) Arist., *Categoriae*, 8, 8 b 29-32.
(33) Cf. Arist., *Categoriae*, 8, 8 b 30-32.
(34) Arist., *Categoriae*, 8, 10 b 17-18.
(35) Arist., *Categoriae*, 11, 14 a 7-10.
(36) Cf. Arist., *Categoriae*, 12, 14 a 26 - b 11.
(37) Arist., *Categoriae*, 10, 12 a 8-9.
(38) Cf. Arist., *Categoriae*, 13, 15 a 4.
(39) Arist., *Categoriae*, 14, 15 b 1.
(40) Arist., *Categoriae*, 14, 15 a 13-14.
(1) Arist., *De Interpretatione*, 1, 16 a 3-4.

14 *sanis* : le mot *sanitas* a été omis après *sanis*.



(2) Circa compositionem et divisionem consistit veritas et falsitas.

(3) Cum dicitur « Catonis est » vel « non est » neque verum neque falsum significatur, ex quo communiter trahitur quod verum et falsum praesupponunt congruum.

(4) Verbum est nota eorum quae de altero dicuntur.

(5) Nomen infinitum aequaliter dicitur de ente et non ente.

(6) Significare est intellectum constituere.

(7) Hoc verbum est significat quandam compositionem quam sine extremis non est intelligere.

(8) Necesse est omnem enuntiationem constitui ex verbo, unde sine verbo perfecta non redditur oratio.

(9) Rerum aliae sunt universales, aliae particulares.

(10) Universale est quod aptum natum est praedicari de pluribus, et singulare quod non.

(11) Hoc signum « omnis » non est « universale », sed significat « universaliter », id est designat quod unusquisque terminus teneatur universaliter.

(12) Quod fit non est.

(13) De futuris contingentibus non est determinata veritas.

(14) Unum tantum opponitur uni.

(15) Omnis affirmatio vel negatio, aut est vera, aut falsa, sed non potest esse simul vera aut falsa.

30 et$^{2}$] vel E 35 et] de *add.* D 40 perfecta] perfectam W 42 praedicari] praedicati L 43 non] praedicatur de pluribus *add.* W 50 non] von D 51 esse simul] simul esse E

(2) Arist., *De Interpretatione*, 1, 16 a 12-13.
(3) Cf. Arist., *De Interpretatione*, 2, 16 b 4-5.
(4) Arist., *De Interpretatione*, 3, 16 b 6, 7-8.
(5) Arist., *De Interpretatione*, 3, 16 b 14-15.
(6) Arist., *De Interpretatione*, 3, 16 b 19-21.
(7) Arist., *De Interpretatione*, 3, 16 b 24-25.
(8) Arist., *De Interpretatione*, 5, 17 a 9-12.
(9) Arist., *De Interpretatione*, 7, 17 a 38-39.
(10) Arist., *De Interpretatione*, 7, 17 a 39-40.
(11) Arist., *De Interpretatione*, 7, 17 b 11-12.
(12) Arist., *De Interpretatione*, 7, 17 b 33-34.
(13) Cf. Arist., *De Interpretatione*, 9, 19 a 9-10, 35-39.
(14) Arist., *De Interpretatione*, 7, 18 a 8-9.
(15) Arist., *De Interpretatione*, 9, 18 a 28-29, 38-39.

51 *aut* : la leçon correcte serait *et*.

(16) Non omnia fiunt ex necessitate, sed multa fiunt a casu et ad utrumlibet.

(17) Propter nostrum affirmare, vel negare, nihil sequitur in re.

(18) Nos videmur esse principium futurorum multorum ab eo quod consiliamur et agamus aliquid.

(19) Duplex est necessitas, scilicet absoluta et conditionata.

(20) Omne quod est, quando est necesse est esse. Et omne quod non est, quando non est, necesse est non esse. Sed omne quod est simpliciter esse est necesse.

**Gilbertus auctor Sex principiorum.**

*Iste liber tractat de dicibili incomplexo non inhaerente intra, sicut in libro Praedicamentorum Aristotelis, sed de incomplexo extra.*

(1) Forma est compositioni contingens simplici et invariabili essentia consistens.

(2) Omne compositum adveniens composito facit ipsum majus.

(3) Triplex est substantiale, scilicet materiale, formale et compositum.

(4) Natura occulte operatur in pluribus.

(5) Omnis communitas a singularitate procedit.

(6) Creator creaturarum naturam certo modo stabilivit.

(7) Anima, dum agit, immobilis perseverat.

(8) Impossibile est non corpus corporaliter moveri.

(9) Omnis actio in motu et omnis motus in actione firmabitur.

52 fiunt] sunt L 58 esse] *om.* L 59 non[1]] *om.* W 60 simpliciter] simpiciter f
64 essentia] essenti LP

(16) Arist., *De Interpretatione*, 9, 19 a 18-20.
(17) Arist., *De Interpretatione*, 9, 18 b 38-39.
(18) Arist., *De Interpretatione*, 9, 19 a 7-9.
(19) Cf. Arist., *De Interpretatione*, 9, 19 a 25-26.
(20) Arist., *De Interpretatione*, 9, 19 a 23-25.
(1) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I1, p. 8, 3-4.
(2) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I1, p. 8, 5-7.
(3) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I3, p. 9, 10-11, 13-14.
(4) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I4, p. 10, 10-11.
(5) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I4, p. 10, 15-16.
(6) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I4, p. 10, 18-20.
(7) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I16, p. 12, 13-14.
(8) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I16, p. 12, 20-21.
(9) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I17, p. 13, 8-9.

60 *esse* : *non* a été omis après ce mot.



(10) Actio est proprietas secundum quam in id quod subicitur agere dicimur.

(11) Passio est effectus illatioque actionis.

(12) Quando est quod ex temporis adjacentia derelinquitur, id est quando est dispositio derelicta in re temporali ex adjacentia temporis ad rem temporalem secundum quam aliquid esse vel fuisse vel futurum esse dicitur.

(13) Anima conjuncta corpori complexionem corporis imitatur.

(14) Qui frigidae et siccae complexionis sunt, ut melancholici, in autumno dementiores sunt se ipsis, sanguinei autem in vere.

(15) Ubi est circumscriptio corporis a loci circumscriptione procedens.

(16) Ubi est dispositio derelicta a re locata ex adjacentia loci ad rem locatam secundum quam aliquid dicitur esse in loco.

(17) In loco dicitur quicquid a loco circumscribitur.

(18) Duo corpora non possunt esse simul in uno loco, nec unum corpus in diversis locis.

(19) Eadem vox pervenit ad aures multorum, sed non eadem in numero, sed secundum similitudinem et speciem.

(20) Nec locus est sine corpore, nec corpus sine loco.

(21) Positio est partium generationis et rei generatae; ordinatio, id est positio, est dispositio derelicta ex ordinatione partium suarum respectu loci secundum quam dicitur sedere, vel stare.

(22) Habitus est corporum et eorum quae circa corpus sunt adjacentia, id est habitus, est dispositio derelicta a re habente ex adjacentia rei habitae ad habens.

75 dicimur] dicuntur L 78 adjacentia] edjacentia W 84 corporis] locati *add.* D
88 unum] uvum P 90 sed non] non sed D 94 ordinatione] ordivatione PD
95 quam] quem W; *om.* L

(10) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, I18, p. 13, 21-22.
(11) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, III 10, p. 15, 10.
(12) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, IV 12, p. 16, 10-11.
(13) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, IV 16, p. 20, 4-5.
(14) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, IV 16, p. 20, 4-8.
(15) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, V 17, p. 20, 15-16.
(16) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, V 17, p. 20, 15-17.
(17) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, V 17, p. 20, 17-18.
(18) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, V 17, p. 21, 6-7.
(19) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, V 18, p. 22, 11-12.
(20) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, V 19, p. 23, 3-4.
(21) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, VI 21, p. 24, 13-16.
(22) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, VII 26, p. 27, 12-14.

(23) Impositio superlativi est facta in termino ultra quem transgredi est impossibile.
(24) Possibili posito in esse nullum sequitur impossibile.
(25) Si omnes puncti componerentur, non facerent lineam.

**Sequuntur auctoritates primi libri Priorum Aristotelis.**

*Et in libri Priorum tractatur de dicibili complexo ordinato ad omnem materiam indifferenter, scilicet de generali modo faciendi syllogismum, sed in libro Posteriorum tractatur de dicibili complexo contracto ad aliquam materiam determinatam, scilicet de syllogismis demonstrativis; in Topicis vero quantum ad materiam probabilem; in Elenchis autem quantum ad materiam sophisticam, quia de syllogismis sophisticis et apparentibus, sed non existentibus.*

(1) Propositio est oratio affirmativa, vel negativa alicujus de aliquo, vel alicujus ab aliquo.
(2) Terminus est in quem resolvitur propositio.
(3) Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis ex necessitate accidit aliud ex eo quod haec sunt.
(4) Dici de omni est quando nihil est sumere de subjecto distributo majoris quin de eo dicatur praedicatum; dici de nullo per oppositum.
(5) Universalis negativa et particularis simpliciter convertuntur.
(6) Universalis affirmativa convertitur in particularem affirmativam.

3 Sequuntur] *om.* E Priorum] *om.* W 5 faciendi] faciendo E 9 autem] *om.* LWP 11 Propositio] Ropositio D 16 de[2]] sub W 20 affirmativam] affirmacivam X

(23) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, VIII 36, p. 34, 9-11.
(24) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, VIII 36, p. 34, 15-16.
(25) Gilbertus Porretanus, *Liber De sex principiis*, VIII 36, p. 34, 16-17.
(1) Arist., *Analytica priora*, A1, 24 a 16-17.
(2) Arist., *Analytica priora*, A1, 24 b 16.
(3) Arist., *Analytica priora*, A1, 24 b 18-20.
(4) Arist., *Analytica priora*, A1, 24 b 28-30.
(5) Arist., *Analytica priora*, A3, 25 a 5-7, 10-11.
(6) Arist., *Analytica priora*, A3, 25 a 7-10.

16-18 Cette citation n'est pas la reproduction fidèle du texte d'Aristote dont voici la traduction faite par Boèce : *Dicimus autem de omni praedicari quando nihil est sumere subiecti de quo alterum non dicatur; et de nullo similiter.*

19 *particularis* : il faudrait ajouter *affirmativa* après ce mot pour respecter le sens de cette phrase d'Aristote.



(7) Quando oppositum consequentis repugnat antecedenti, tunc consequentia fuit bona.
(8) Quicquid sequitur ad antecedens, sequitur ad consequens.
(9) Syllogismus est necessarius exponibilibus et expositis, unde sumitur quicquid est verum de exponente, etiam est verum de exposito, unde exponentis et expositi eadem est veritas.
(10) Quando utraque praemissarum est de necessario, tunc conclusio erit de necessario.
(11) Majori existenti de necessario et minori de inesse, conclusio erit de necessario.
(12) Possibili posito in esse nullum sequitur impossibile.
(13) Contingens dicitur duobus modis : uno modo quod fit ut frequenter, ut hominem canescere in senectute et tale dicitur contingens innatum; alio modo dicitur contingens quod quantum est de se habet se indifferenter ad esse et ad non esse, ut me ambulare terrae motum fieri et tale dicitur contingens infinitum.
(14) Quandocumque ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis, tunc prima consequentia fuit bona.
(15) Omnis syllogismus habet fieri per tres terminos et duas propositiones et unam conclusionem.
(16) Exempla ponimus non quod ita sint, sed ut sentiant addiscentes quae addiscunt.
(17) Non idem significat esse non album et non esse album.

22 fuit] est E 26 exposito] exposita LWXPfE veritas] virtus LWXPfE 27 necessario] contrario LXPfED 38 fuit] est E 41 quod] ut D sint] sit E 42 quae] quid E

(7) *Locus non inventus.*
(8) Cf. Arist., *Analytica priora*, A 28, 43 b 39-41.
(9) Cf. Arist., *Analytica priora*, A8, 30 a 9-14.
(10) Cf. Arist., *Analytica priora*, A9, 30 a 15-17.
(11) Arist., *Analytica priora*, A9, 30 a 33-35.
(12) Arist., *Analytica priora*, A13, 32 a 19-20.
(13) Arist., *Analytica priora*, A13, 32 b 4-13, 17-18.
(14) *Locus non inventus.*
(15) Arist., *Analytica priora*, A25, 41 b 36-38, 42 a 32-35.
(16) Arist., *Analytica priora*, A41, 49 b 34-37, 50 a 1-2.
(17) Arist., *Analytica priora*, A46, 51 b 8-10.

**Sequuntur auctoritates II libri Priorum Aristotelis.**

(18) Ex falso bene sequitur verum, sed ex vero numquam sequitur falsum, sed semper verum, unde ex falso verum, ex vero nil nisi verum.

(19) Petere quod est in principio est quando demonstratur propositum quod fit quattuor modis : primo modo quando demonstratur omnino propositum, secundo quando demonstratur per ignorantiam, tertio quando demonstratur per ea quae aliqualiter sunt ignota, quarto quando prius demonstratur per posterius.

(20) Si conclusio est falsa, oportet aliquam praemissarum esse falsam.

(21) Quando extrema convertuntur, necesse est medium converti.

(22) Magis eligendum est velle bene agere quam agere, unde magis eligenda est voluntas sine actione quam actio bona sine voluntate.

(23) Instantia est propositio propositioni contraria.

(24) Enthymema constat ex icotibus et signis, unde icos est probabilis propositio.

(25) Probabile est quod scitur esse verum ut in pluribus, unde icos est propositio quae scitur esse vera ut in pluribus, ut odire odientes et amare amantes.

(26) Signum est propositio demonstrativa et necessaria et probabilis.

(27) Per signa corporis nobis nota syllogizamus, scilicet dispositiones corporis nobis ignotas.

44 Sequuntur] *om.* E libri] *om.* E Aristotelis] *om.* E 46 nil] *om.* L 49 quando] non *add.* E 56 sine] sive W 58 probabilis] probabilia L 64 syllogizamus] syllogismus LXPfE scilicet] *om.* W 64 dispositiones] disponens W

---

(18) Arist., *Analytica priora*, B2, 53 b 7-8.
(19) Arist., *Analytica priora*, B16, 64 b 28-32.
(20) Arist., *Analytica priora*, B18, 66 a 18-19.
(21) Arist., *Analytica priora*, B22, 67 b 27-28.
(22) Arist., *Analytica priora*, B22, 68 a 35-37.
(23) Arist., *Analytica priora*, B26, 69 a 37.
(24) Arist., *Analytica priora*, B27, 70 a 10-11, 3-4.
(25) Arist., *Analytica priora*, B27, 70 a 4-7.
(26) Cf. Arist., *Analytica priora*, B27, 70 a 7-8.
(27) Cf. Arist., *Analytica priora*, B27, 70 b 7-38.

---

48 *quando* : *non* a été omis après ce mot.
49 *quando* : de même *non* a été omis à cet endroit après *quando*.
50-51 *ignorantiam* : la leçon d'Aristote est *ignoratiora*.
51 *aliqualiter* : il faudrait corriger ce mot en *aequaliter* pour respecter le texte d'Aristote.
64 *scilicet* : il faudrait normalement supprimer ce mot.



**Auctoritates super primum librum Posteriorum Aristotelis.**

(1) Omnis doctrina et omnis disciplina ex praeexistenti fit cognitione.

(2) Tam syllogismus quam inductio per prius nota faciunt doctrinam habere.

(3) Exemplum est inductio, enthymema vero syllogismus.

(4) Dupliciter aliqua necessaria est praecognoscere, scilicet quia est et quid est.

(5) De dignitate oportet praecognoscere «quia vera est», de passione vero «quid est» et de subjecto utrumque; unde hic habemus quod duae sunt praecognitiones et tria praecognita quae sunt subjectum, passio et dignitas. Unde iterum habemus quod in qualibet scientia oportet praesupponere subjectum esse et quid significet ipsum, passionem non oportet praesupponere esse, sed tantum quid significet.

(6) Quod addiscit aliquis, hoc scit quodam modo et nescit quodam modo; nescit ipsum in propria forma, scit tamen ipsum in potentia.

(7) Scire opinamur unumquodque quod est simpliciter, sed non sophistico modo quod est secundum accidens.

(8) Scire est causam rei cognoscere et quoniam illius est causa, et non contingit aliter se habere.

(9) Cujus simpliciter est causa, hoc impossibile est aliter se habere.

66 super] *om.* Eprimum] I E librum] *om.* E Aristotelis] *om.* E 67 Omnis] Mnis D ex] et LWD fit] sit LXPf 71 Exemplum] Eemxemplum vero D 75 utrumque] trumque P 78 et] *om.* LXPfE 79 ipsum] ipsam LPfE 81 Quod] Qudd P 88 hoc] hac LWE

---

(1) Arist., *Analytica posteriora*, A1, 71 a 1-2.
(2) Arist., *Analytica posteriora*, A1, 71 a 5-7.
(3) Arist., *Analytica posteriora*, A1, 71 a 9-11.
(4) Arist., *Analytica posteriora*, A1, 71 a 11-12.
(5) Cf. Arist., *Analytica posteriora*, A1, 71 a 11-16, A10, 76 a 31-36.
Cf. S. Thomas, *In Anal. Post.*, I, lect. 2, n. 13, 16, 17.
(6) Cf. Arist., *Analytica posteriora*, A1, 71 b 5-8.
(7) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 71 b 9-10.
(8) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 71 b 10-12.
(9) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 71 b 15-16.

---

84-87 Ces deux citations ne forment qu'une phrase dans le texte d'Aristote. On pourrait reconstituer la phrase de la manière suivante : *Scire opinamur unumquodque simpliciter sed non sophistico modo quod est secundum accidens est causam rei cognoscere et quoniam illius est causa, et non contingit aliter se habere.*
88 *causa* : la leçon correcte serait *scientia*.

(10) Scire est per demonstrationem intelligere.
(11) Demonstratio est syllogismus faciens scire quod in habendo demonstrationem scimus.
(12) Necesse est demonstrativam scientiam ex primis, veris, immediatis, prioribus, notioribus, causisque conclusionis.
(13) Quod non est non contingit scire, ex quo habemus quod de non ente non est scientia.
(14) Scientia est illorum quorum est demonstratio.
(15) Dupliciter aliqua sunt priora et notiora, scilicet prius et notius natura et prius et notius quo ad nos.
(16) Priora et notiora quo ad nos, sunt illa quae proxima sunt sensui, sed priora et simpliciter et secundum naturam sunt illa quae remotiora sunt a sensu.
(17) Remotiora vero a sensu sunt maxime universalia.
(18) Proxima autem sensui sunt maxime particularia.
(19) Idem dico primum et principium.
(20) Principium demonstrationis est propositio immediata.
(21) Propositio autem immediata est qua non est altera prior.
(22) Propositio est altera pars enuntiationis unum de uno significans.
(23) Dialectica propositio est accipiens quamlibet partem contradictionis, demonstrativa autem alteram determinans, scilicet veram.
(24) Contradictio est oppositio cujus secundum se non est dare medium.

92 scientiam] fieri *add.* W 93 conclusionis] procedere *add.* D 97 aliqua] *om.* LWP 00 priora] prior LPE et] *om.* WD 7 Propositio ... significans Propositio autem immediata est qua non est altera prior W 8 quamlibet] quemlibet X

(10) Cf. Arist., *Analytica posteriora*, A2, 71 b 17.
(11) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 71 b 17-19.
(12) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 71 b 20-22.
(13) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 71 b 25-26.
(14) Cf. Arist., *Analytica posteriora*, A2, 71 b 28-29.
(15) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 71 b 33 - 72 a 1.
(16) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 1-4.
(17) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 4.
(18) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 4-5.
(19) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 6-7.
(20) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 7.
(21) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 8.
(22) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 8-9.
(23) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 9-11.
(24) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 12-13.



(25) Pars constradictionis quae significat aliquid de aliquo est affirmatio, quae autem significat aliquid ab aliquo est negatio.
(26) Definitio est propositio quaedam, non autem suppositio.
(27) Suppositio dicit aliquid esse, vel non esse.
(28) Non est idem quod quid est unitas et esse unitatem.
(29) Non solum necesse est praecognoscere prima principia, aut omnia, aut quaedam, aut conclusionem, sed et magis; propter unumquodque tale et ipsum magis, ut propter quod amamus rem, illud est magis amatum et omnia posteriora scimus et credimus. Per prima ergo, illa magis scimus.
(30) Necesse est magis credere praemissis quam conclusioni.
(31) Principiis nihil notius est in veritate et oppositis eorum nihil est notius in falsitate.
(32) Principia cognoscimus in quantum terminos cognovimus.
(33) Non contingit aliquid circulariter demonstrare, nisi in terminis convertibilibus et propriis.
(34) Impossibile est eadem esse priora et notiora, sapientiora eodem modo.
(35) Ad minus ex duabus propositionibus contingit syllogizare.
(36) Una propositione posita, nihil sequitur syllogistice.

14 propositio] praepositio L 15 aliquid] aliqnid W 19 magis] majus LWXPfE 20 scimus et credimus] credimus et scimus D 31 propositione] propositio LWXPf

(25) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 13-14.
(26) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 21, 23.
(27) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 19-20.
(28) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 23-24.
(29) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 27-32.
(30) Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 a 36-37.
(31) Cf. Arist., *Analytica posteriora*, A2, 72 b 1-2.
(32) Cf. Arist., *Analytica posteriora*, A3, 72 b 23-25.
(33) Arist., *Analytica posteriora*, A3, 73 a 6-7.
(34) Arist., *Analytica posteriora*, A3, 72 b 27-29.
(35) Arist., *Analytica posteriora*, A3, 73 a 10-11.
(36) Arist., *Analytica posteriora*, A3, 73 a 7-9.

14 *propositio* : il faudrait normalement écrire *positio.*
17-21 Le texte de cette citation a été corrompu. La phrase d'Aristote est la suivante : *... necesse est non solum precognoscere prima, aut omnia, aut quedam, sed et magis; semper enim propter quod est unumquodque, illud magis est, ut propter quod amamus, illud amicum magis est. Quare si quidem scimus per prima et credimus, illa scimus et credimus magis, quoniam propter illa et posteriora.*
28-29 Le texte d'Aristote est le suivant : ... *impossibile enim est eadem sibi ipsis simul priora et posteriora esse, nisi altero modo, ut hec quidem ad nos, illa vero simpliciter, quo certe modo inductio facit notum* (translatio Iacobi).

(37) Demonstratio est syllogismus ex necessariis.

(38) Per se primo sunt quaecumque in ratione dicente quod quid est insunt, ut triangulo inest linea et punctum lineae (substantia enim horum est in his).

(39) Per se secundo sunt quaecumque insunt ipsis quae in ratione insunt, ut propria passio per se est in subjecto.

(40) Item per se sunt quae non dicuntur de quodam alio subjecto, ut substantia.

(41) Item per se sunt propter quod inest alicui aliquid, tamquam per causam. Hic habemus quod quattuor sunt modi dicendi per se quorum primus et secundus tantum ingrediuntur demonstrationem.

(42) Item per se praesupponit de omni.

(43) Universale sive principium dico quod cum de omni sit et per se est et secundum quod ipsum est idem, ut punctum per se est in linea et secundum quod ipsum.

(44) Ex veris est demonstrative syllogizare.

36 ipsis] *om.* L   38-39 Item substantia] ... *post* Item ... demonstrationem L; *om.* P   38 quae] quando W   non] *om.* W   ut] et L

---

(37) Arist., *Analytica posteriora*, A4, 73 a 24.
(38) Arist., *Analytica posteriora*, A4, 73 a 34-37.
(39) Arist., *Analytica posteriora*, A4, 73 a 37 - b 2.
(40) Arist., *Analytica posteriora*, A4, 73 b 5-6, 7.
(41) Arist., *Analytica posteriora*, A4, 73 b 10-11.
(42) Cf. Arist., *Analytica posteriora*, A4, 73 b 25-26.
(43) Arist., *Analytica posteriora*, A4, 73 b 26-27, 28-30.
(44) Arist., *Analytica posteriora*, A6, 74 b 15-16.

---

35 *in* : la leçon correcte serait *ex*.

36-37 Le texte de cette citation est corrompu. Le passage correspondant d'Aristote est le suivant : ... *et que insunt in ratione dicenti quid est, et quibuscumque eorum que insunt ipsis ipsa in ratione insunt quid est demonstranti, ut rectum inest linee et circulare, et inpar et par numero, et primum et compositum et ἰσόπλευρον, quod est equilaterum, καὶ ἑτερόμηκες, id est altera parte longius, et que omnibus his insunt in ratione quid est dicenti hinc quidem linea, inde vero numerus* (translatio Iacobi).

46 *idem* : cette citation comporte une lacune avant *idem*. Il faudrait suppléer : *per se et secundum quod ipsum est.*



(45) Ex non necessariis contingit necessarium syllogizare, sicut verum ex non veris, sed ex non necessariis non contingit demonstrare, quia cum medium erit ex necessitate.

(46) Demonstratio est eorum quae sunt per se et non eorum quae sunt per accidens.

(47) Accidens contingit non esse.

(48) Per quid scire est per causam scire.

(49) Non contingit ex alio genere descendentem demonstrare, ut geometricum in arithmetica.

(50) Tria sunt necessaria in demonstratione quorum unum est quod demonstratur, scilicet conclusio. Hoc autem est quod inest alicui gratia per se, aliud autem est dignitas.

(51) Dignitates sunt ex quibus fit demonstratio.

(52) Tertium est subjectum et ejus passiones.

(53) Necesse est medium et ultimum in demonstratione esse ex eodem genere.

(54) Nec scientia, nec demonstratio est corruptibilium, sed perpetuorum.

49 contingit necessarium] *om.* L   51 cum] omne W; *om.* D   59 demonstratur] demonstrantur E   autem] scilicet W   est] *om.* W   61 fit] sit L   65 demonstratio] demonstratione LE   est] *om.* LE   65-66 perpetuorum] passiones *add.* LWP

---

(45) Arist., *Analytica posteriora*, A6, 75 a 2-4, 12-14.
(46) Arist., *Analytica posteriora*, A6, 75 a 18-19.
(47) Arist., *Analytica posteriora*, A6, 75 a 20-21.
(48) Arist., *Analytica posteriora*, A6, 75 a 35.
(49) Arist., *Analytica posteriora*, A7, 75 a 38-39.
(50) Arist., *Analytica posteriora*, A7, 75 a 39-42.
(51) Arist., *Analytica posteriora*, A7, 75 a 42.
(52) Arist., *Analytica posteriora*, A7, 75 a 42 - b 1.
(53) Arist., *Analytica posteriora*, A7, 75 b 10-11.
(54) Arist., *Analytica posteriora*, A8, 75 b 24-25.

---

49-51 A cet endroit aussi le florilège présente une version corrompue du passage d'Aristote : *est enim necessarium non ex necessariis sillogizare, sicut et verum ex non veris ... Sed non concessum est. Quoniam igitur si scit demonstrative, oportet habere demonstrationem; aut non sciet neque propter quid neque quia necesse est illud esse* (translatio Iacobi).

55 *Per* : la leçon correcte serait *propter.*

60 *gratia* : il faudrait corriger *gratia* en *generi* pour reproduire le texte d'Aristote.

62 Cette citation donne une version corrompue du texte d'Aristote : *Tertium genus subiectum, cuius passiones et per se accidentia ostendit demonstratio.*

(55) Definitio est principium demonstrationis, vel conclusio, vel tota demonstratio positione differens.
